C 21806 LF
.28070

REPRODUCED FROM THE COPY IN THE

HENRY E. HUNTINGTON LIBRARY

FOR REFERENCE ONLY. NOT FOR REPRODUCTION

LEXICON GRÆCO-LATINUM NOVUM:

IN QUO EX PRIMITIVORUM & Simplicium fontibus Derivata atque Compoſita (ordine non minùs Naturali, quàm Alphabetico,) breviter & dilucidè deducuntur.

Cui appendix eſt exactiſsimus Græci Idiomatis Index

Operâ & ſtudio

IOANNIS SCAPULÆ.

Ad hæc,

Auctarium extat Dialectorum omnium à IACOBO ZVINGERO *Phil. & Med. Baſil. in expeditas ſuccinctáſque tabulas compendioſè redactarum.*

EDITIO NOVISSIMA,

Prioribus omnibus quibuſcunq; auctior, annexo copioſiſsimo Latino Indice Laurentij Martij Palatini induſtriâ ſelecto, & (ut ex comparatione factâ liquet) innumeris propemodum in locis emaculatior reddita.

Huc acceſsit etiam LEXICON Etymologicum *Linguæ Græcæ*, in quo non tantùm Etymologia vocum primigeniarum (quas vocant) quæ in ampliore Lexico Alphabeticè diſponuntur, & in Autoribus uſitatis ſparſim occurrunt, enucleatè oſtenditur: Verumetiam Analogia, quam *Lingua Latina* & *Anglica* habent cum *Græca*, liquidò indigitatur.

In uſum tyronum φιλελλήνων qui Litteris Græcis ſe dedêre, concinnatum.

Opus quale antehac nunquam prodiit.

Autore,

IOANNE HARMARO

Ex celeberrima Academia OXONIENSI.

Τὰ νοωτὰ παγκῶς.
Veritas una, non unius.

LONDINI,
Typis THOMÆ HARPERI, Impenſis IOCOSÆ NORTON, & RICHARDI WHITAKERI. Proſtant ad Inſignia Regia, in Cœmeterio *D. Pauli.*
CIↃIↃCXXXIIIX.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,

AC

HONORATISSIMO DOMINO,

D. GULIELMO,

ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,

totius Angliæ Primati ac Metropolitano, Potentissimo Regi *CAROLO* ab intimis Consiliis, & Academiæ OXONIENSIS Cancellario.

QUo jure, Græcum hoc Lexicon, Honoratissime Præsul, alii in regionibus transmarinis publici juris fecerunt: eodem ego volumen idem, non sine magno sumptu, non sine intima solicitudine, non sine summo labore, non sine imminentis periculi metu (peste nuper latiùs gliscente) hìc in Anglia, Excellentissimæ Reverentiæ Vestræ Favore fretus; tum, in Litteras Græcas Amore Tuo publicè perspecto, testato, agnito, ex optimorum exemplarium fide, Typis exscribendum curavi, Tuoque Nomini inscribere ausus sum. Siquidem, monente Pindaro,

— ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ πρόσωπον
χρὴ θέμεν τηλαυγές. —

Huic profundissimi poëtæ consilio ut possim obsequi, veniam esse mihi clementissimè concessam, mihi abunde gratulor. Ille enim Nominis Tui splendor huic operi alioquin obscuro lumen afferet. Ergo nihil est quod impendiò magis exoptem, quàm ut hoc opus, non modò nunc affectum, sed etiam (summâ manu impositâ) sub Auspiciis Tuis perfectum, Tuo etiam probetur calculo, cujus titulo illustrabitur. Id quod ego majore cum fiducia sperare me posse arbitror, quum non adeò ob privatum aliquod emolumentum, hæc imprimendi provincia primùm fuerit a me suscepta; sed potiùs, ut ab hoc minimè vituperando conamine, aliquid saltem honoris in communem Patriam redundet. Si minùs autem ex voto res cesserint, (quod tamen existimare, Libro emaculatiùs, & locupletiùs, quàm antehac usquam, edito esset aliquo modo injurium) — in magnis vel voluisse sat est. Sicut enim (ut cum Apuleio loquar) ad supplicium

plicium satis est meditari punienda : ita ad laudem satis est conari prædicanda. Quod verò in hoc suscipiendo pariter, & conficiendo negotio maximè spectandum censui, illud quidem erat commune Litterariæ Reipublicæ commodum : Cujus, in confesso est apud omnes (quorum animos vel unâ rerum notitiæ & rationis guttâ natura imbuit) Excellentissimam Reverentiam Vestram studiosissimam semper extitisse, & etiamnum esse. Sed nec Tu, ut summus hodie (secundùm optimum, & Regem, & Regum, Carolum) Litterarum Bonarum omnium Fautor, indigenis tantùm intra Britanniei Regni pomœria degentibus meritissimè innotescis: verumetiam suavissima Nominis Tui pariter, & Virtutis fama jampridem ad Exterarum Gentium aures permanavit. Porrò, nemo non novit Te non tantùm Litteratorum omnium (quorum Artes Virtutes exornant, quorum eruditioni morum probitas accedit) quàm benignissimè curam gerere: (ut in gravissimis Regni negotiis taceam Te esse βασιλέως ὀφθαλμὸν καὶ κατάσκοπον) sed etiam vel mei ordinis hominibus favere minimè dedignare, qui, quantâ maximâ possunt diligentiâ, in Litteratorum studiis promovendis elaborant. In Tuas itaq; manus, Excellentissime Dⁿᵉ. in Tuam solius tutelam, primum hoc moliminis mei in codicibus Græcis excudendis specimen auspicatò recipiendum, ego Tuis pedibus advolutus, humiliter, & supplex affero, offeroq;. Quicquid autem susurrones malevoli (siqui sint) de meo quoquo modo Litteris & Litteratis inserviendi studio, aut senserint, aut etiam (immeritò) dixerint, non est, utì spero, quòd magnopere laborem, Benignissimo Clementiæ Vestræ Favonio primis hisce cœptis meis adspirante. Illam, Illam Deus Opt. Max. in divini Luminis gloriam, in Ecclesiæ pacem, in Serenissimi Caroli felicitatem, in Reipub. tranquillitatem, in Linguarum & Artium patrocinium, in Litteratorum solatium, in Academiæ *Oxonienſis* ornamentum, quàm diutissimè conservet. Illud ardentissimè comprecatur,

Honoratissimæ Reverentiæ vestræ

in

omni officio & observantia

devotissimus

VV HITAKERUS.

LECTORI CANDIDO

Curatores Preli εὖ χαίρειν.

Etsi non inficias imus, Erudite Lector, varias hujus vulgaris Lexici, quod in hunc usq; diem Ioanni Scapulæ, *ut ejus Autori, imputatum est, editiones in regionibus exteris olim extitisse, & etiamnũ esse: nos tamen, a quibus, ad hunc librum Typis Londinensibus excudendum, Bibliopôlæ rogatu, in quem omnes hujus Impressionis sumptus recidunt, cura preli Græci est suscepta, non veraciter minùs, quàm audacter asserimus, editionem hanc nostram, quam cum summo labore & pervigilio adornavimus, aliis Exoticis iisque ultimis, quotquot sunt (absit verbo invidia) longè emendatiorem esse. Illa enim (quæ vocant) Errata, quibus altiore quadam indagine & scrutinio singulas tantùm non paginas scatere animadvertimus (quæ Typothetarum certè incuriâ irrepserant) cribratione hac nostrâ, quàm potuimus diligenter, excussimus. Porrò, exemplaria cum exemplaribus conferentes, integros quosdam versiculos, qui aliquammultis in locis desiderabantur, suis sedibus restituendos curavimus, & quasi hiantes lacunas adimplevimus; ne, scilicet, imperfectior sensus (quo non paucæ periodi laborârunt) exspectatione sua veteranos, tyrones profectu, defraudaret. Et hoc quidem fecimus zelo tantùm Boni Publici adducti, ut hoc Volumen, omnibus Linguæ Græcæ cultoribus apprimè utile, vel operâ nostrâ primùm nostratibus, deinde extraneis quibuscunq; ex usu foret: Ut ne Docentes in sua instituenda pube tantopere desudarent; & Discentes haurirent ea, quæ non sint postea respuenda & revomenda. Id quod calamitosè nimis compluribus passim obtigisse compertum est. Quo evenit, ut ii, qui ad Græcorum fontes consenuere, nihilosecius, tot tantisq; laboribus exantlatis, evasere, si non prorsus ἀναμάρτητοι, certè ὁλιγαμάρτητοι. Quapropter, nulla pestis exitialior, nihil Reipub. Literariæ funestius esse potest, quàm Libri mendosè editi: ideo, quòd intus recepti, veluti nociva pocula, discentium animos erroris veneno imbuant. Hanc maculam pariter & querelam (quoad ejus fieri potuit) effugere conati sumus, ne conflaretur nobis vituperium, aliis verò crearetur periculum. Neq; tamen confirmare possumus, hunc librum, quem nunc in lucem emittimus, omni planè vacare culpa. Certè, non tam Sufferi sumus, aut tam putidè deliri, ut obliviscamur nos esse homines, nedum ἀναμαρτήτους. Siquidem, ut vulgò dicitur, ἁμαρτάνει καὶ σοφὸς σοφώτερος. Nec profectò fieri potuit, quin in diuturnis istis excubiis aliquando dormitaremus. Sed nec ideo par esse aut æquum censemus, ut quis hoc nostrum qualecunq; studiũ vel insuper habeat, nedum calumnietur: ut nec frumentum abjiciendum arbitramur, quòd post crebras ventilationes factas aliquid ervi aut lolii in acervo resideat; aut (ut cum Petronio & Lipsio loquamur) venustam faciem esse minùs decentem ob nævum aliquem, aut verrucam. Siquid autem minùs rectum in hoc volumen admisimus, aut etiam humanitus commisimus, magnitudo operis crimen minuet. ——veniam petimus, dabimusq; viciſsim.*

Ne multi simus, hæc semper fuit & voti & instituti nostri Summa, nocere nemini, prodesse omnibus, placere optimis. Tu itaq;, Lector Benevole, conatus nostros æqui consule, & Vale.

LECTORIBVS GRÆCÆ LINGVÆ STVDIOSIS

S. D.

DVABVS potissimùm de causis, ut mihi quidem videtur, plerique que Græcarum literarum studium aspernantur, aut certè segnius amplectuntur. Vna est, quòd earum præstantiam & utilitatem non satis perspectam habeant. Verissimè enim cecinit Poëta, —*ignoti nulla cupido*. Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc unum dicam, quod omnino persuasum esse debet, absque Græcæ linguæ peritia, saltem mediocri, doctum haberi posse neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit consecutus. Nulla enim est ars, nulla scientia, quæ illius adminiculo carere possit. Altera est, quòd Græca lingua permultis longa, salebrosa, ac difficilis ad discendum videatur. Nam quum vitæ hujus curriculum Deus Opt. Max. brevissimis terminis circumscripserit, facilè ab earum rerum studio absterrentur adolescentes, quas non nisi multo labore longóque temporis intervallo percipi posse arbitrantur: ut ad ea quæ minus difficultatis præ se ferunt, minúsque temporis requirunt, animum adjiciant. Hinc illa liberalium artium & disciplinarum compendia emanârunt, quæ studiosis non solùm utilia, sed etiam necessaria esse docti semper judicârunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adolescentum animos, ab hujus linguæ tam eximiæ, tam utilis, tam necessariæ studio deterritos fuisse, atque etiamnum deterreri constet: operæprecium me facturum existimavi, si eam (contra vulgarem illorum opinionem, à quibus immensa atque inexhausta esse prædicatur) tum brevem, tum facilem esse demonstrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendiosior neque expeditor via occurrisset, omnes ejusdem originis voces, quæ in superioribus Lexicis alphabetico ordine scriptis sparsim leguntur, in unum veluti fasciculum congessi: primariæ tanquam basi ac radici cæterarũ primum locum assignavi: huic reliquas inde ortas primò simplices, deinde compositas certo ordine digestas subjunxi. Hoc enim pacto futurum speravi, non solùm ut singulis (quæ tanquam membra hinc inde dispersa atq; dissipata cernebantur) suo loco collocatis, integrum corpus repræsentaretur, quod uno intuitu cerni posset; sed etiam ut primitivorum, in quibus intelligendis omnis, aut certè præcipua versatur difficultas, exiguum esse numerum cuivis pateret. Primitivorum enim propriâ & nativâ significatione cognitâ, derivatorum, quantocunq; fuerint numero, significationes assequi quàm non sit difficile, nemo ignorat: siquidem derivata suorum primitivorum vim sequi, composita suorum simplicium significationẽ retinere solent: non secus ac liberi parentum, ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, rivi fontium ex quibus scaturiunt, proprietatem resipere, surculi stirpium & radicum, ex quibus pullulant, naturam servare consueverunt. Singula autem ad suum primitivum ita revocavi, ut interim quæ remotiori ratione ab eo deducuntur, illic indicata tantùm suâ serie tractanda reservaverim. Nam quum ex his plurima multiplicem ac diversam sortiantur originem, sæpenumero dubium incertumque est quo potius referri debeant. Varia enim sunt hominum judicia, verissimumque illud est, quod vulgo jactari solet, *quot capita, tot sententiæ*: adeoque quotidiana experientia testatur, tam varium & mutabile esse unius ejusdemq;

ejusdemq; hominis judicium, ut quod modò probârit, idipsum mox improbet, & contra. Multa etiam sunt, quorũ etymon licèt unicũ efferatur, ab aliis recipitur ab aliis vero repudiatur: malui autẽ suum cuiq; judiciũ liberũ relinquere, quàm audaciùs quidquam pronunciare. Etyma verò ex optimis quibusque scriptoribus desumpta adscripsi, non quidem quæcunque inveniri potuerunt, quum ex iis non pauca sine dubio sint futilia & ridicula, sed quæ rationi magis consentanea visa sunt: cujusmodi etiam nonnulla adjeci, de quibus penes alios erit judicium. Qua in re eo audacior fui, quod pleraque ex iis, quæ a me profecta esse putabam, ab aliis jam annotata postea animadverterim. Enimverò idem nobis faciendum arbitror, quod antiquos illos Platonem, Aristotelem, Plutarchum & alios clarissimos viros feciſse videmus, qui vocum origines diligenter investigârunt, & ex nominis notatione veritatem rerum scrutati sunt. Refert A. Gellius Labeonem Antistium Latinarum vocum origines rationésque percalluisse, eáque scientiâ ad enodandos pleroſque juris laqueos usum fuisse. At quisquis Græcarum dictionum origines rationésque percalluerit, haud dubiè eâ scientiâ instructus pleroſque nodos, qui apud probatos autores passim occurrunt, enodabit: errores plurimos præsertim ex cacographia natos emendabit: de propria cujusque vocis significatione rectè judicabit. Quamvis autem illi plurima etyma solerter excogitata tradiderint, minimè tamen dubium est, quin multa posteris investiganda reliquerint.

Primam sedem interdum nomini, interdum verbo minùs scrupulosè assignavi: sequutus ordinem, qui mihi in quaq; classe visus est commodior & facilior.

Nonnunquam derivata in duas pluréſve classes pro diversa primitivi significatione distinxi: ubi tamen observandum est, unum idemq; derivatum aliquando in singulis classibus adscribi, prout ad diversas significationes extenditur: ut videre licet in Ἀγορά, in Ἄγος, in Αἰτία, in Ἄλς, in Ἄπλοω, in Ἀρχή, in Κῆδος, in Κλείω, & aliis nonnullis.

Composita à suis simplicibus sejuncta juxta seriem alphabeti collocavi, eáque pro variis formis in varias itidem classes distribui.

Inter composita ea tantùm adscribere placuit, in quibus primitivum, cujus tractatio præcessit, ultimum locum occupat: ne eadem sæpiùs iterarentur.

Multa superflua, multa νόθα καὶ κίβδηλα, quæ Lexicis perperàm intrusa sunt, rescidi: & peregrina & barbara non pauca (qualia sunt Hebraica aut Syriaca ἀδάμ, ἀββαβᾶ, γέεννα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον, item Latina, ut ἀρτεμὼν artemo, ἀσσάριον assarius, ἅλιξ alica, δέκοκτα decocta, δηνάριον denarium, δικτάτωρ dictator, ἔγεστα egesta, εἰδοῖ idus, ἴουστος justus, κάγκελος cancellus, κεντυρίων centurio, κῆνσος census, κοδράντης quadrans, κολωνία colonia κυστωδία custodia, λεγεὼν legio λέντιον linteum, λιβερτῖνος libertinus, μάκελλον macellum, μέλκα melca, μεμβράνα membrana, μόδιος modius, μοῦστον mustum, νοτάριος notarius, νόμμος nummus, ξέστης ξέστος sextarius: unde ἡμιξέστης semisextarius, ὀξύγγιον axungia, ὄγκία uncia, περικόκκια vel πρεκόκκια præcocia, πρητώριον vel πραιτώριον prætorium, πωμήριον pomerium, ῥῆμος remus, ῥέδα rheda, σαξίφραγον saxifragum, σικάριος sicarius, σιμικίνθιον semicinctium, σουδάριον sudarium, σπεκουλάτωρ speculator, σοῦβλα subula, ταβελλιὼν tabellio, ταβέρνη, ταβερνεῖον taberna, τραβέα trabea, τρακτὸς tractus, τίτλος titulus, τέσσερα tessera, φένλη fœx, φενεστέλλα feneſtella, φαινόλης penula, φόρον forum, φραγέλλιον sive φραγγέλλιον, flagellum, φραγελλοῦν flagellare) hæc, inquam, non nisi à recentioribus Græcis usurpata, qui ea à Romanis sumpserunt, excluſi. Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis, non à Græcis petenda esse duxi. Ex his tamen omnibus nonnulla in suam seriem irrepsisse deprehendentur.

Homi-

Hominum & locorum propria (nisi quum fiunt appellativa) non adscripsi: quòd peculiares de iis extent libri. Verbalia a præteritis passivis formata (quorum quæ a prima singulari fiunt, vel in μαι, vel in μων, vel in μος desinunt: quæ a secunda, vel in ις vel in ία præcedente σ, aut ξ, aut ψ: quæ à tertia, vel in της, τικὸς, vel in τος, vel in τήριον, vel in τρον finiunt) verbis passivis proximè subjunxi, ut formationis ratio melius appareret.

In hoc autem opere absolvendo quum plurimum temporis contrivisſem (remorante me partim operis ipsius prolixitate, partim functione mea, partim denique privatis occupationib.) incidi fortè in thesaurum ab Hen. Steph. constructum: cuius solâ inscriptione lectâ, existimavi me actum egisse. Verùm quum thesaurum illum penitiùs introspectum, præter alia multa à meo consilio discrepantia, diverso etiam ab eo quem secutus fueram ordine scriptum fuisse, re ipsa cognovissem, idque amicorum oculis subjecissem, eorum judicio fretus, multisque rationibus adductus, hæc tandem in lucem prodire permisi. At verò, ne thesauri illius Herculeo sanè labore compositi autorem bene de litteris meritum debitâ laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar: quid illi acceptum feram, fateri non gravabor. Quum enim in eo thesauro tanquam in penu locupletissimo dictionum vim & proprietatem melius exprimi, significationes distinctiùs collocari, pluribus aptioribusque exemplis confirmari, diversas constructiones diligentiùs observari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici, & alii in Græca lingua cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, plenius contineri & accuratiùs quàm in superioribus Lexicis collecta exhiberi comperissem, ea inde potissimum deprompta meo instituto accommodavi, consultis iis quoque authoribus ex quibus illa in thesaurum fuerunt relata, paucissima ex plurimis exempla selegi: loquendi formulas non nisi magis necessarias apposui, ne liber in nimiam molem excrescens lectori tædium afferret, emptorémve pretii magnitudine deterreret. Sicut autem in eo thesauro multa vocabula adjecta sunt, quæ in aliis Lexicis desiderantur: ita etiam non pauca testimonio munita huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet: atque adeò quamplurima ab iis qui diurnâ nocturnáque manu versant exemplaria Græca quotidie adjici posse non est dissimulandum: præsertim verò ex compositis, in quorum numero, utpote penè infinito, sitæ sunt illæ Græcorum divitiæ tantopere jactatæ: verùm de eorum significatione, quantocunque agmine inveniantur, ex aliis ejusdem formæ compositis, quę satis numerosè hîc inserta sunt, quum non solùm judicare, sed etiam (quod semper licuit sempérque licebit) innumera ad eandem formam fingere, & in usum proferre cuivis in Græcis authoribus vel mediocriter versato facile sit, non est quòd ea quisquam cum studiorum suorum detrimento hinc abesse putet.

Quoniam porrò propositum initio mihi fuerat, primitiva cum simplicib. derivatis, ordine alphabetico disponere: ideò derivata à primitivis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec non obscuriora quędam composita duabus lineolis juxta eorum seriem inclusi, arbitratus quamlibet vocem à quolibet repertum iri: simplicem quidem aut suo loco, aut in illis de quib. dixi lineis: compositam verò in simplici, consideratâ posteriore ejus parte, atque ideò terminationes compositorum in quib. simplicia non ita facilè apparerent, peculiari indici inserere decreveram. Verùm ab amicis monitus, me hoc compendio tyronibus non satisfacturum, alium indicem ita construxi. Dictionibus alphabeticâ serie dispositis, primitivas majusculis literis descripsi: derivatas, idem literarum initium habentes, & primitivum suum proximè vel præcedentes vel sequentes, in suo primitivo quærendas

das esse ostendi, adjectis his vocibus, *cum derivatis*: Exempli gratia: quum ἀγλαρεῖα, ἀγγαρεῖον, ἀγγαρυτὴς, ἀγγαρύω, ἄγγαρος sese in sua serie proximè sequantur, eorum primitivum ΑΓΓΑΡΟΣ solùm adscripsi, addito, *cum derivatis*: reliqua ibidem quærenda esse indicans. Sic Φιλοσοφέω, φιλοσοφία, φιλοσοφικὸς, φιλοσοφικῶς, φιλόσοφος, quæ initiales literas & syllabas similes habent, in suo primitivo Φιλόσοφος simili ratione notato inveniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicavi, partim oblivione, partim aliis de causis prætermissas. Dictiones per dialectum aliquam à communi usu deflectentes (quæ poëtis sunt familiares, necnon inter solutæ orationis scriptores, Herodoto & Hippocrati Ionica dialecto uti solitis) indicabit tractatus de dialectis, ut eas hìc annotare non fuerit necesse. Passivæ verborum terminationes sæpius in activis erunt quærendæ. Quæ habent duplex σ aut duplex τ, alterutro duntaxat modo scripta invenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ habent, cum σ scripta quærentur.

Hæc sunt de quibus vos, candidi Lectores, admonendos esse existimavi: ut & scopum mihi propositum & methodum à me servatam intelligeretis, ac proinde minore cum molestia in hoc opere versari possetis: ex quo si quid opis & adjumenti vestris studiis accedere sensero, me suscepti laboris, quidquid molestiæ & tædii attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oscitanter aut perperam scripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata sunt) eorum veniam me à vobis impetraturum spero, si errare humanum esse cogitaveritis: si, quamvis tenues & perexiguæ sint vires, juvandi studium mihi non defuisse vobis persuaseritis: si denique temporis & otii in hisce perficiendis demensi brevitatem cognoveritis. Non enim quod volumus id possumus, neque quod possumus, id per otium præstare semper licet. Valete.

IN IOANNIS SCAPVLÆ LEXICON GRÆCO-LATINUM

ad LECTOREM.

ATlantem memorat vatum veneranda vetustas
Impositum scapulis sustinuisse polum.
Nempe quòd astrorum motus, Solisque labores,
Et Lunæ instabiles noverat ille vias.
At Scapulam, *quem nulla probè non cognita Græci*
Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,
Quidni (par causa est) commentum imitata priorum
Hellada posteritas sustinuisse ferat?
Pondus utri gravius? dicat quem pressit utrumque.
Utilius sed utrum? Græca revolve, scies.
Tu tamen hæc inter, Scapulæ *gratare, faveque,*
Tot peregrè advectas dum tibi promit opes.
Quas si quis numeret, numero contendat eodem
Discere quot stellas axis uterq; rotat.

In idem.

ASsere nunc geminos vario sed tempore Atlantas:
Cœlifer ante fuit, Græcifer alter adest.
Scilicet ille vagos cœli percalluit ignes:
Edocet hic voces Græcia quotquot habet.

In idem.

QVæ Scapula *ex variis veterum penetralibus olim,*
Carpserat, in propriam condideratq; penum,
Nunc eadem referans, magno sibi parta labore
Prodigus exiguo dat potiunda tibi.
Quotquot enim superant Græcæ vel frustula linguæ,
Hic totidem Latiis reddita, Lector, habes.

AD STVDIOSAM IUVENTVTEM

ex HORATII consilio.

GRaiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui, Graiis sponte Minerva venit.
Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,
Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.
Vos inquam Juvenes, vos exemplaria Græca
Versate assiduâ nocte dieque manu.
At cuncta ut pateant, nec quicquam fortè legenti
Occurrat, cœptum quod remoretur iter:
Sit Scapula *hicce comes, quo fido interprete voces*
Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat.

Bellumbrani.

In

In ejusdem Lexicon.

Κείμηον εἰνὶ λόγοις Ἑλλείων πλεῖστον ἐκείνου
Προφρονέως ἠμεῖν πολλοὶ ἔλιξαν ἀεί.
Προφρονέως μὲν ἔλιξαν ἔμιξαν Λ᾽ εὐθλὰ κακοῖσι,
Μέτρα βίβλου τοίης ἀγνοέοντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα νόοιο᾽ ἑ μὲν πόνοι οὐκ ἐτάλασαν
Ἀνιλεῖν, ἕ λέσται ἔργα τάλ᾽ ἀργαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ νῷ φοῖβος φατ᾽ ἔφαπε
Δεικνύμενον μεθόλῳ ῥήματ᾽ Ἀχαιὰ νέῃ.
Οὗτος ἄρ εἰν ὄρχοις θ᾽ σχήμοσι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξιος θ᾽ πορίλω τὸν κόπον ἐξαρύων.
Ὀ᾽ρχεῖον θ᾽ αὐθῇ τεύξεν, σωάγχρεν ἀπάσαις
Εὐτάκτως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμε.
Ἀμφοτέρας τοίνυν τὸν μέλλον χερσὶν ἕλοιτο,
Ἑλλάδος θ᾽ μαθίης πάντες ὅσοισι μέλῃ.

In idem.

Natura miraris opus, quo germina ſtirpi
Artifici nexu tam bene juncta vides.
Naturam ſequitur, methodo qui compare voces
Explicat, annectens ordine quamque ſuo.
Qui fontes harum reſerat, rivoſq; ſequentes
In ſua deductis flumina cogit aquis.
Is SCAPVLÆ *labor eſt. fruere & mirare viciſſim:*
Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.

Viti Merkelii.

IOAN. SC. *LECTORI.*

MOmus ait nihil eſſe novi dare lexica: verùm
Hoc ego contendo Lexicon eſſe novum:
Eſſe novum nihil eſt, inquit, niſi conferat: atqui
Non caret hæc novitas utilitate ſuâ.
Quæ prius hîc illîc variè diſperſa jacebant,
Hîc ſunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci ſedes defertur prima parenti,
Quam certo ſoboles ordine ſubſequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus inſunt,
Fertilis ex doctis Hellados hauſta libris.
Nil igitur temerè ſtatuas: ſed perſpice Lector,
Maturo expendens ſingula judicio.
Tum ſi quod ſtudiis opus afferat hocce levamen,
Faverit optatis aura ſecunda meis.
Si minùs id profit, ſequere utiliora docentem:
Ingenii vires quod potuêre, dedi.

LEXICON GRÆCO-LATINVM.

A

Prima eſt apud Græcos litera quam vocant ἄλφα, à prima Hebræorum Aleph. Præfixo Articulo neutrius generis, in utroque numero declinatur, quum alioqui ſit indeclinabile: idem & de reliquis eſt intelligendum. ¶ Interdum eſt nota numeralis, ſignificans primum, ſicut βῆτα ſecundum, γάμμα tertium: & ſic de cæteris. Peculiariter verò primus liber Iliados ſive Odyſſeæ vocatus fuit ἄλφα, ſecundus βῆτα, tertius γάμμα, & ſic deinceps. Ut autem hæ literæ, quum numerales ſunt ab aliis diſcernantur, lineolam illis quidam ſuperponunt, alii accentum acutum. ¶ In Apoc.c.1. ἐγώ εἰμι τὸ Α, καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, dicitur Chriſtus eſſe A, quòd omnium rerum principio ſit antiquior, dicitur eſſe Ω, quòd ſit omni fine poſterior, ut verè ſuis illi conſtet æternitas.

In compoſitione verò, multiplicem habet uſum. ¶ Aliquando eſt στερητικὸν, (q.d. privativum.) i. privandi vim obtinet, ut βίβλιος. ſibilis, ἀβίβλιος, inſtibilis. ſic κακὸς, ἄκακος, σοφὸς, ἄσοφος, ἁμὸς, ἄμαμος, φθαρτὸς, ἄφθαρτος. Sic & in verbis, ἀνθρωπορραφῶ, ἀγαπάω, &c. Quòd ſi dictio, cui præfixum eſt α, à vocali incipiat, inter utramque vocalem plerunque interjicitur ν, euphoniæ gratia: ut in ἀνάξιος, ἄνισος, ex α & ἄξιος, ἴσος. Aliquando in hac ſignificatione opponitur particulæ δύ: ut δύμορφος, ἄμορφος, δύχαρις, ἄχαρις. ¶ Contrà eſt aliquando ἐπιτατικὸν, (q.d. intenſivum) h.e. vim addit ſignificationi, vel magnitudinem, vel multitudinem denotando, ut in ἀχανὴς, ἄβιος, ἄχλυς, ἄξυλος, &c. ¶ Interdum eſt ἀθροιστικὸν, q.d. coacervativum ſeu collectivum, ut in ἅπας, ἀοὶδαὶ. Inhis tamen poteſt α cenſeri ἐπιτατικὸν. In quibuſdam etiam vocibus ἁθρόος (i. ſimul) ſignificare traditum eſt, ut in ἀδελφὸς, ἀθλιβής, &c. ¶ Interdum indicat ſimilitudinem vel æqualitatem, ut volunt quidam in ἀδελφὸς, ἀγάμορος, ἀγαλακ]τος, ἀτάλαν]τος. Interdum ſignificat μόνωσιν, inquit Euſtath. qui ἀμαζονας dictas eſſe vult quaſi μονομάζους. Sic & in ἀπλῆν, quod ſonat μόνον πλοῦν, i. ἓν q.d. ἁπλοῦν. ¶ Interdum ſignificat διὰ γῶν, vel μικρὸν, ut ἀμαδὶς pro ὀλιγομαθὴς, ſic ἀφυὴς pro μικροφυὴς. ¶ Aliquando idem quod δύς, ut ἄζατος pro δύσβατος, & ἀπήεστος pro δυσεύρετος, item ἀδύμας, quaſi δυσδίμας. ¶ Aliquando ſignificat κακὸν: ut in ἄζηλος & ἀζηλία apud Sophoclem. Et in ἄθεος, ut ἄθεος δίκη apud eundem. Sic in ἀφυὴς, ἄξενος, &c. ¶ In una eademque voce nonnunquam duplicem accipit interpretationem: interdum enim vel σφῆσιν vel κακὸν ſignificat, ut in ἀκαρδίης. Aliquando vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν eſſe poſſe cenſetur: ut in ἀοὶδέες, ἅπας. In quibuſdam vocibus accipitur vel privativè, vel pro ὁμοῦ: ut in ἄκοιτις, ἄλοχος. In aliis ſignificat vel μικρὸν vel κακὸν: ut in ἀτυφὴς. Ubi verò nullũ ex præcedentibus uſum habet, pleonaſticum eſſe putatur: ut in ἄταχος pro τάχος, ἀσπερὶς pro σπερὶς, ἀπαμέρα pro ἀπαμέρα. ἀλαπάζω pro λαπάζω. ¶ Interdum α geminatur, & eſt aut utrumque privativum: ut in ἄδατος apud Hom. ex nomine ἄτη, in ἀνάπηρος pro ἄπηρος ex πεῖρος, in ἀνὰ πυρὸς pro ἄπυρος ex πυρ δαίομαι: aut eſt prius ἐπιτατικὸν, & poſterius στερητικὸν. ut in ἀδάητος, inquit Euſtath.

Α᾽ (cum ſpiritu aſpero & accentu) articulus eſt poſtpoſitivus neut. gen. plur. num. ſignificans, quæ: ab Ὅς, de quo vide ſuo loco. ¶ Eſt & pronomen poſſeſſivum pro ἑᾶ, ſua: ut τὰ ἄεσσι δώμαθ᾽ ἵκεσθαι, apud Homer. Sic ἅς pro ἑὰς etiam ponitur.

Ἄ (cum aſpero & circumflexo) eſt adverb. apud Dores ſignificans, quò, ὅπως, ut Theocr. Idyll. 13. Ὁ δ᾽ ἁ πόλις ἄγον ἐχάρευ, quò pedes ducebant, ibat. ¶ Apud eundem poëtam ἁ πάχυς, (ſcholiaſtes exp. χῆ πάχυς, addens ſubaudiendum eſſe imperativum ἔρχου. ¶ Eſt etiam adverbium ſimilitudinis apud Hom. Iliad. ζ. Αἶκα κακὸς ὢ, νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο: ubi tamen quædam exemplaria habent ὡς pro ἕ. Eſt & particula admirantis, inquit Euſtath.

Ἆ (cum tenui & circumflexo) vox eſt hominis ſuccenſentis, quiritantis aut commiſerantis, ut Lat. ah, hei, heu. Eſt etiam perterriti ac perturbati: Ut Lat. chem, vel echo. Eſt & admirantis, ut Lat. vah, aut eho: ut ſæpe apud Hom. Ἆ θεοὶ, & Ἆ δειλοὶ, &c. Eſt etiam optantis, utinam, ut teſtantur Heſychius, Suid. & Euſtath.

Ἄ Ἄ (geminatum, tenui & circumflexo notatum) adverb. hominis perterriti, vel deterrentis, ſeu reprimentis, Ariſtoph. in Pluto, ἄ ἄ, τίνι δῆτα καὶ μοι πεφυσᾶς. Et in Veſp. ἀ ἀ τί μέλλεις ὁρᾶν. Eurip. in Oreſte. Ἆ ἆ, τί δῆτα μέλλετ᾽ ἐξακείζετ᾽ αἰθέρα. Πτηρῶις. ¶ Item ἄ ἄ, vel ἀ ἀ, ſæpe eſt dolentis atque ingemiſcentis, aut quiritantis adverb. ut Lat. heu heu. Eurip. in Rheſo, Α᾽ ἆ, ὀδυρὴ μοι τέθρεπ. & in Oreſte, Α᾽ ἆ, ἀδικῶ ἀδίκως τοτ᾽ ἆρ᾽ ἔλαχεν.

Α᾽ ἀ, adverb. ridentis: ut & apud Lat. ha ha he. Euſtath.

Α᾽Α᾽Ζ Ω, Fut. ἄσω, Præt. ἄκα, exhalo, propriè calidum halitum efflo. Ariſtotel. in Probl. ſect. 34. φυσῶσι δὲ 38 ψυχρὸν, ἀλλ᾽ ὧν ἡ θερμόν. ◆ fictum à ſono quem inter exhalandum edimus.

Α᾽ασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus, calidi efflatio.

Ἄ ἄπυ, vide in Α᾽πύω. Α᾽ζάκιον, &c. in Α᾽ζαξ.

Α᾽ΒΑ᾽Λ Ε, utinam. Heſych. ¶ Eſt etiam idem quod φεῦ, heu, ut in Epigr. Α᾽ζᾶλε χαιρεῖν μὲ κατέκλυσε κύματα πόντε.

Α᾽Β Α Ξ, ακος, ὁ, abacus. Perſio eſt tabula in quam mathematici numeros, lineas, aut quaſvis figuras ſeu digrammata ducunt. Pythagorica menſa, veteribus dicta, ex Martiani autoritate. Accipitur etiam pro quavis tabula calculatoria. vide ἀζάκιον. ¶ Item abacus Macrobio, tabula aleatoria, ſive alveus aleatorius, σανὶς πεττευτικὴ inquit Euſtath. ¶ Item tabula ſive menſa, cui vaſa quælibet ad uſum quotidianum comparata imponebantur, Ammon. ¶ Item canistrum, ut colligitur ex Poll.l.6.c.12. Numeratur etiam inter vaſa ſive inſtrumenta coquinaria, apud eundem ejuſdem libri c.13. ¶ Vitruvio abacus ſignificat tabulam quandam, quæ ſupponitur epiſtyliis ſive capitulis columnarum. Idem abacum in podiis vocat planitiem, quæ ſedilis vicem præbet. ¶ Obſervatum eſt illud, ſolis latitudinem ſcienter abacum dici, eadem, qua diſcus, notione, inquit Cœl. Rhod. ¶ Α᾽ζαξ pro ἀλαλᾶ vide in Βάζω.

Α᾽ζάκιον, ου, τὸ, pro ἄζαξ, tabula calculatoria. Polyb.l.5. ὄντως γὰρ ἐοικότι πραγματικοῖς ταῖς ὑπ᾽ ἄκρα ἀζακίων ψήφοις. Hinc ortum, ut peritiam ſupputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacum vulgaris conſuetudo vocaverit. ¶ Item tabula in qua Mathem. &c. ut ſuprà in Α᾽ζαξ. Plut. in Catone. καπηλεῖον ἀζάκιον τι πρὸς γεωμετρικῶν πραγματειδιον. ¶ Item vas ad ferenda opſonia commodum, Athen.l.11.

Α᾽ζαμίσκος, ου, ὁ, teſſella pavimenti, apud Athen.l.5. (dum. Poll.

Α᾽Β Α Ρ, αρος, τὸ, placentæ genus, apud Æſchylum.

Α᾽Β Ρ Α, ſive ἄβρα, ας, ἡ, ancilla, famula: quales matronæ ditiores ad honeſtiora miniſteria domi ſuæ alunt, quibuſque utuntur pediſequis. Euſtathius annotat eſſe vocabulum ἐπιχώριον, à Græcis (ut & alia multa) uſurpatum. Legitur apud Menandrum in Pſeudaracle. & Gen. 24. & Exod. 2.

Α᾽Β Ρ Ο᾽Σ, ὕ, ὁ, mollis, effœminatus, delicatus: ut ἁβρὸς γυναικῶν, apud Lucianum. ¶ Item pulcher, cultus, elegans. Herodot. in Melpomene. Α γε δυροὶ ἁβρὸς ἀνδρῶν ἐστι, καὶ χρυσοφόρος τε μαλιστα. Dicitur & de re: ut ἁβρὰ κλίναι. Æliano apud Suidam. Et ἁβρὸς λειμὼν exp. χαριτόρρυτος καὶ διάνθης, quoniam prata, quò floridiora & viridiora, eo ſunt pulchriora. Α᾽βρὰ πράσσειν exponitur πολυτελῶς. ¶ Item feſtivus, lepidus. Luc. in Judicio dearum, τὰ μὲν γυναῖκα πρέπειν, ἢ ἁβρὸν μᾶλλον καὶ ἀγυιᾶτιν. ¶ Item magnificus, gravitatem præ ſe ferens, elatus: unde ἁβρὸς Θάψινος apud Eurip. in Med. magnificè ſeſe inferre.

◆ Etymologicus deducit ex α privativo & βάρος, ut ſit quaſi ἄβαρος, ὁ κούφως βαίνων. alii ab ἅπτω, ut ſit q. ἀθαφὴς, qui facilè tangi poteſt.

Α᾽βρῶς, molliter, delicatè, feſtivè, magnificè, &c. Eurip.

Α᾽βρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. Xenoph. Præd.l.8.

Α᾽βροσύνη, ἡ, idem, Eurip. Exponitur etiam φαυδρότης.

Α᾽βρύω, f. ῦσω. orno, ſplendidum reddo. Æſchyl.

Α᾽βρύομαι, ornor, nitesco, cultum mihi comparo. Cum dativo rei, Athen.l.12. οἳς ἓν ὁ ἧβρ γυναικῶν ἀβρύνεται βίος. Item glorior, inſolesco, magnificè me infero. Plato in Apoll. ἔγωγε καὶ αὐτὸς ἐκαλλωπόμην τε καὶ ἠβρυνόμην ἂν ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς ταῦτα.

Α᾽βείομαι, idem quod ἀβρύνομαι, Heſych.

Compoſita.

Ε᾽ναβρύω, idem quod, ἀβρύνω.

Ε᾽ναβρύνομαι, idem quod ἀβρύνομαι.

Πάναβρος, omnino mollis, omnino delicatus.

Πόδαβρος, qui mollibus delicatiſque pedibus eſt. Themiſt.

Α᾽Β Ρ Ο᾽Τ Η, ητος, ἡ, nox. Aliquando per ſe ponitur: aliquando

cum

cum nomine νύξ, & tum plenus est sermo: ut Il. ξ, 362 ἐπεκλήθη δὲ Νὺξ ἀβρότη. ◆ derivatur à βροτὸς, i. mortalis, præfixo α privativo, quod noctu lateant mortales. ἐν ᾗ βροτὸς οὐ φαίνεται, inquit Eustath. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem, παρὰ τὸ ἐξεπίτηδες βοᾶσθαι, i. quod privata sit mortalibus. Alias etymologias vide apud Eustathium, & Etymol.

A'βεστεύω, ῶ, Ion. ἤσω, P. ευσα, noctu occurro. Hesych. Significat etiam pecco.

A'βεστάμενος, ου, ὁ ἢ ὅ, peccator, peccatrix. Hesych.

A'βεστίνη, ἡ, peccatum, ἁμαρτωλή. idem. Hesych.

A'βεστάζω, F. ξω, P. χα. aberro in via, aut in nocte evagor. Il. κ, μήπως ἀβεστάζοιμεν ἀϋπλόοισιν, i.ne aberremus alter ab altero. ubi Eustath. ait ἀβεστάζειν esse aut τὸ βροτῶν ἁπονυκτέρευειν ἐν ὁδῷ, i. à mortali aberrare in via: aut τὸ ἐν ἀβεστίᾳ ἁπονυκτάζειν, i. in nocte evagari. Hesychius dicit, ἀπὸ τοῦ ἀποτυχεῖν τοῦ βροτὸν τοῦ βροτοῦ μὴ πως σωφρονήσειν, i. ex eo quòd homo ab homine aberret post occursum.

A'βεσπεξις, εως, ἡ, aberratio, deflexio de via. Eustath.

A'μεβέσω, (assumpto μ) aberro, ut & ἀβεστάζω. Il. π, 379 ἔγχεσι δ' οὐ H'μεβεσαν ἐλλάλον. Il. ε. H'μεβεσαν, οὐδ' ἔτυχες, ubi annotat Eust. hæc proverbialiter dici in eos, qui aberrant ab eo, quod sibi proposuerant: atque idem his duobus verbis significari ἐκ παρομοίου: fierique ἤμεβεσαν vel ex ἀβέσω, per pleonasmum τοῦ μ, vel ab ἅμαρτες, mutando α in ο, & trajiciendo β, nec non inferendo β, ad elegantiorem sonum, ut fit in μαμβεῖς, & in μεσημβρία, aliisque hujusmodi.

A'μεβεσεῖν, cum μ, exp. ἁμαρτεῖν, & ἀποτυχεῖν βεβλῆσθαι. Item χρυσᾶσθαι, apud Hesych.

A'B PO'TONON, five, ἀβέβροτον, ου, τὸ, abrotonum: herba seu planta perpetuò virens: ◆ sic nominata, διὰ τὸ ἀεὶ ὑπὸ φαίνεσθαι ἀβρὸν καὶ ἁπαλὸν, quòd aspectu sit mollis & tenera. Nicander in Ther. Καὶ μὴν ἀβεσπέτοιο, τό, τ' ἄγχιον οὔρεσι θάλλει A'ρχμὸν ὑπὸ βάτοις. Vide Theophrast. hist. plant. l. 6. c. 7. apud quem annotant legi etiam ἀβεσπέτοιον. vide & Dioscor. l. 3. c. 29.

A'βεσπίτου & ἀβεσπίτης, ου, ὁ, confectus ex abrotono. ut ἀβεσπίτου ἔλαιον sive ἀβεσπίτινον μύρον, apud Dioscor. l. 1. c. 61. Et ἀβεσπίτης οἶνος, apud eundem l. 5.

A'B P T N A, τὰ, Hesychio, συνάμινα μύρα. Sic & apud Athen. l. 2. A'βεωνα, συνάμινα. ἃ καλοῦσιν ἔνιοι μύρα.

A'B T P TA'K H, ης, ἡ, barbaricum edulium ex porris, cardamo, granis mali punici, & ejusmodi aliis quibus ineſt τὸ ὀριμύ. Theopomp. in Theseo, H'ξεν ἡ Μήδου γαῖαν, ἔνθα καρδάμων Πλείων πυθεῖ ἢ κεφάνων ἀβυρτάκη. Utitur eo vocabulo & Menander in Cecryphalo, teste Suida: & Alexis apud Athen. l. 3. Luc. in Lexiph. καφυκείαις annumerat hanc ἀβυρτάκην, itemque Plutarch. symp. 4.

A'γάαμαι, ἀγάομαι, vide in A'γάω.

A'Γ A Θ O'Σ, ὴ, ὁ, bonus, probus: ut ἀγαθὸς ἀνὴρ, & ἀγαθὴ γυνή. Plat. & Xenophon. Dicitur & de re, ut ἀγαθὸς οἶνος, ἀγαθὴ βουλή. ¶ Item fortis, strenuus. Il. ρ, Τῶν δ' ἅμα πάντων βίη καὶ κάρτος ἀπέβη ἔξοχ' ἀφεῖναι, H' κακὸς, ἢ ἀγαθός. Et Thucid. l. 2. οἱ ἢ ἀγαθοὶ πιμπόντ) τοῖς σφετέροις ἀφικόμενοι ἄβλοις ἀφετῆς. ¶ Item prudens. Apoll. Hom. Il. 7, Μαῦ' ὅτινος ἀγαθὸς φρεσὶν ἠδὲ νοήσαι· A'χιλλεῦ, annotat Eust. significare vel strenuum vel prudentem. ¶ A'γαθὰ πεφύγματα, res secundæ, apud Thucid. l. 3. In eadem significatione usurpatur & ἀγαθὰ sine subſtantivo, Xen. Sic ἀγαθῇ τύχῃ. Lat. quod fauſtum felixque ſit. ¶ A'γαθὰ δαίς, Il. λ, lautum & opiparum epulum. ¶ Item præſtans, excellens, ut βοῦς ἀγαθὸς, apud Hom. Sic Xen. ἀγαθὸν τὸ πολεμικόν. Et pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸ πόλεμον, apud Plut. Et ἀνὴρ ἐς πᾶσα ἀρετὴν ἀγαθὸς, apud eundem. ¶ Item peritus vel aptus: ut ἀγαθὸς ῥαπτῆτας, ἀγαθὸς τοξότης, ἀγαθὸς σκυτοτόμος. Et cum infin. ἀγαθὸς ἰατρεύειν. Plut. peritus equitandi. ¶ Item utilis. Cum genit. Theophr. ἀγαθὸς τὸ ἱερεῖς νόσου, utilis adverſus comitialem morbum. Cum dat. ut Od. ϱ, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ φῶτ' ἐμμεναι ἀνδρὶ πένητι. Et cum præpoſitione πρὸς: ut ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἔλκη. Theophr.

A'γαθὸν, οῦ, τὸ, (ſubſtantivè) bonum: ut ἀγαθὸν ὁ χρὴν ἐκ αὐξει σφοτοκιβυθῶ, Cic. interpr. ipſum bonum creſcendi acceſſionem nullam habet. Tradunt quidam ἀγαθὸν non præfixo articulo de quolibet bono uſurpari: at τὸ ἀγαθὸν, vel τ' ἀγαθὸν de ſummo illo bono. ¶ Item commodum, emolumentum, utilitas: ut ἐπ' ἀγαθῷ τῆς Κύρου. Xen. Pæd. 7. commodo Cyri. Item Pæd. 3. σωὶ τῷ σῷ ἀγαθῷ, ἢ σωὶ τῷ σῷ ζημίᾳ. cum infin. Il. ω, ἀγαθὸν ἢ γυναικὶ φίλῳ ἐν φιλότητι μίσγεσθαι, utile eſt, juvat, cœtert. ¶ A'γαθὰ (plur.) opes, facultates, & caſuſvis generis bona. Xen. πολλαὶ ἢ ἄμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν ἐπεσπέ. Pro beneficiis: ut ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, beneficia conferre in aliquem, apud Iſocrat. & Luc. ¶ Pro virtutibus & dotibus. Iſocr. de pace, τοῖς δ' ἀγαθοῖς οἷς ἐγκεῖται ἐν τῇ ψυχῇ, τότε κόσμεσθε, ἢ τὰς ὠφελείας ὧν δεόμεθα τυγχάνομεν.

◆ Fit ἀγαθὸν ex ἀγαοὸς (quod eſt verbale ex ἄγαμαι ſeu ἀδέχομαι) abjectione σ & mutatione τ in θ, inquit Etymol. & Euſt. Hic tamen ἄγαμαι hac voce includi tradit, atque ideo nullum nec comparat nec ſuperl. habere. Irregulares autem comparativi ſunt ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρέσσων, κρείττων, λωίων, χείρων. Et ſuperlat. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος.

A'γαθὼς, uſuliter. Hippocr.

A'γαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas. Et pro Θεότης (de Deo dictum) Greg. A'γαθοσύνη idem, Rom. 15.

A'γαθικὸς, ὴ, ὸν, probus: ἀγαθικὴ proba, rectè, & cum virtute facta vel dicta. Suid.

A'γαθώσω, F. αω, bonum efficio, beneficio afficio. Dionyſ. Arcop. A'γαθωθώμαι, bene affectus ſum. Nehem. c. 2. & Dan. 6.

A'γαδίζομαι, bona dico. Ariſtoph. Δεῖ τὰς ἐπίσεις καζαδιζομένας ἀγαθεῖν.

A'γαδίς, δος, ἡ, Heſychio faſciculus fili ſeu ſtaminis colligati, glomus. unde ἀγαδῶν ἀγαδίδες, bonorum glomi, apud Poll. proverbium de opibus extructis & affatim cumulatis, ſumpta metaphora à glomere textorio, quod ex plurimis filorum convolutorum gyris conſtat. Apud Suidam legitur etiam ἀπὸ ἀγαδῶν ἀγαδίδες: quod proverbium eſſe dicit ὅτι ἢ δι' παρόντων ἀνὸ' ὧν ἀνηγέκτησαν ἐφέτεσον. ac ſi ἀγαδίδες eſſent acervi ſeu cumuli bonorum. ¶ Significat ἀγαδὶς etiam πᾶν σπυρίδιον. Euſt. Heſych.

Compoſita.

A'νδραγαδία, ἡ, ſtrenuitas, fortitudo. Ariſtoph. in Pluto. Item actio digna forti viro, quaſi ἀνδρὸς ἀγαθᾶ ἔργον. Xen. & Plutarch. Item officium viri boni, probitas.

A'νδραγαδίζομαι, fortem virum me præſto, fortiter me gero. Et probum virum me præſto. Thuc. l. 3.

A'νδραζαδέω, ῶ, idem, & quidem frequentius. Plut. ὁ δ' ἐγκελαδεμένος ἀνδραζαδεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἠγωνίσατο. Et cum accuſ. apud eundem, ἢ πολλὰ ἐν διαφόροις χώροις ἰων δραζαδηκέναι λέγεται. Dicuntur viri ἀνδραζαδεῖν, ipſæ autem res ἀνδραζαδεῖσθαι, i. fortiter geri.

A'νδραγάδημα, τὸ, facinus viro forti dignum, actio viri fortis, & res fortiter vel præclarè geſta.

A'νδραγαδὴς, ὴς, ὲς, qui facinora edit viro forti digna, virum fortem ſe præſtans, fortiter ſe gerens.

Αὐτάγαδος, ut καλὸς καγαδὸς, i. καλὸς ἢ ἀζαδὸς, bonus, ſtrenuus, honeſtus.

Καλοκαζαδία, ἡ, (id eſt, καλὸς καζαδὸς) probus, bonus, honeſtus, qui eſt abſolutæ & conſummatæ probitatis. Ariſtot.

Καλοκαζαδίαι, ἡ, probitas, integritas & honeſtas. Xen. Apud Iſocr. eſt καλοκαζαδία ἕξεων, morum honeſtas ſeu integritas.

Καλοκαγαθικὸς, ὴ, ὸν, uſurpatur pro καλοκαζαθὸν, apud Plut.

Μισαζαδία, ἡ, odium bonorum, ſeu bonarum rerum.

Παναγαθὸν, omnino bonus, optimus, Plat. epiſt. 8.

Παταγαθία, ἡ, paterna ſtrenuitas, patris aut patrum ſtrenuitas & fortitudo. Plut. in Apoph.

Φιλάγαθος, amans bonorum.

A'ριλάγαθος, qui non eſt φιλάγαθος, Exponitur & benignitate carens.

Εὐπαιᾳγαθὸς, qui honeſtis delectatur ſtudiis, & virtutem amplectitur, apud Strab.

A'γάϊος, ἀγάϊος, &c. vide in A'γάω.

A'ΓA'A A Ω, F. λῶ, P. αλκα, orno, inſignio, decoro. Plat. de leg. l. 11. ἐς ὅ τιν ἀγάλλῃ τις τιμαῖς. Ariſtoph. in Pace, καὶ σε Διοῦσιον ἀγαλλόμην ἀεί. ◆ Euſt. ex ἀγάω deductum vult. Alibi verò ſcribit ἀγάλλομαι, dici quaſi πρὸς ἄγαλμ ἢ ἄγαν ἅλλομαι.

A'γάλλομαι, ornor, inſignior, decoror: ſed uſurpatur potiùs ut deponens, pro, exorno me. Il. σ. τὰ δ' κορυθαίολος Ε'κτωρ Αὐτὸς ἔχων ὠμοισιν ἀγάλλετ'. ¶ Item glorior: ut ἀγάλλομαι τούτῳ, vel ὅτι τούτῳ, glorior hac re, jacto hanc rem. Herod. Thuc. Xen. Et cum infin. apud eundem Xen. Hell. 6. ἀγαλλόμενος βοηθῆσαι ἀνδράσιν ἀγαθοῖς. ¶ Item obſecto me re aliqua, gaudeo, exulto. Cum dat. rei Od. ϵ. τῇδε ἀγαλλόμεθα Διὸς οὐφῳ. Xen. οἱ ἢ χαίρουσι τοῖς ἴδιοις πυκοῖς ἀγαλλόμενοι. Invenitur & cum accuſ. Epigr. l. 3. Et cum infin. apud Non.

A'γαλμα, τὸ, ornamentum, obſectamentum. Hom. & Æſchyl. ¶ Item ſimulachrum, ſtatua, Herod. & Plat. Ponitur & pro imagine picta, inquit Suid. Apud Plat. ἀγάλματα Cicero formas interpr. Uſurpatur & metaph. ut κορδίας ἄγαλμα, Syn.

A'γαλμάτιον, ου, τὸ, ſtatua parva, imagunucula. Luc.

A'γαλματίδιον, ου, in ſtatuam verto. Licephr. in Alex.

A'γαλλιάω, ῶ, & ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, frequentia ſunt apud Eccl. ſcriptores pro exulto, lætitia geſtio, ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμα μου. Luc. 1. Luc. 10. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι. Idem Act. 16. ἠγαλλιᾶτο πανοικὶ πεπιστευκώς. Et Apoc. 19. χαίρωμεν ἢ ἀγαλλιώμεθα. Et 1. Pet. 4. χαίρετε ἀγαλλιώμενοι. Greg. Naz. ἔξεμι ἢ χαρᾷ ἀγαλλιᾶσθαι.

A'γαλλίαμα, τὸ, & A'γαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, Luc. 1. ἢ ἔσαι χαρὰ σοὶ ἢ ἀγαλλίασις. Greg. Nazian. ἀκατασχέτῳ ἀγαλλιάσει ἢ ἀφρεσωσίλῳ ἐκπαῖ ἀθέλαι.

A'γαλὲς, quomodo huc pertineat, vide ſuo loco.

E'παγάλλομαι, (compoſ.) pro ἀγάλλομαι, exulto Il. π. Μᾶδ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ ἢ δηϊότητι. Item ſuperbio, efferor, καὶ ἐπαγάλλεσθαι ὡασρίσεις, apud Baſil.

A'-

A Γ A'A O X O N, lignum quoddam eſt, quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno ſimile, odoratum, & guſtu adſtringens, ut inter alia tradit Dioſc. l. 1. c. 21.

A'γαμαι, vide in A'γάω.

A'TA N, adverb. nimis, immodicè, ſupra modum. ut ἄγαν λυπεῖσθαι, apud Plat, nimis mœrere. ¶ Ponitur & pro valde, vehementer. Xen. Pæd. 1. ἀεὶ ἀφροδίσιων ἢ διαλεγόμενα φεῦε τοῦ ἄγαν νέος. ¶ Præfixo articulo induit formam nominis adjectivi, ut ὁ ἄγαν, nimius, immodicus, vel vehemens. Sic in fœmin. ἡ ἄγαν, & in neutro τὸ ἄγαν. Idemque accidit cæteris adverbiis. ◆ In compoſitione aliquando γ amittit, aliquando in aliam mutat: ut ἀγακλεὴς, ἀγάῤῥοος, &c.

A'TA NAKTE'Ω, τῶ, F. τήσω, P. τηκα, doleo, i. doloris ſenſu afficior. Dioſc. l. 5. c. 76. ἀγανακτεῖν τοὺ ὀδύνας ἐν τῇ γνάθῳ. ¶ Item indignor, ſtomachor, ægrè fero. Et conqueror, Iſocr. de Pace, ἀγανακτεῖν ἐπὶ τοῖς μὴ τὰ αὐτὰ ἐπαίνοις τιμωμένοις ἐρεμῶ. Sæpè etiam dicitur ἀγανακτεῖν ὅτι τινί. Et cum Præpoſit. πρός aut ἐπὶ, in caſu rem ſignificante. In caſu autem ſignificante perſonam dicitur, ἀγανακτεῖν τινί, & σοὶ πικρα, & κατὰ τινος. ¶ Item gemo σένω, apud Plat. inquit Heſych. ◆ Sunt qui ex ἄγαν & ἄχθομαι compoſitum dicant. Ego ex ἄγαν & ἄγνυμι (frangor) cujus præteriti tertia perſona ἄγνυ, deſinit poſſe ciſſimo: doloribus enim frangi dicitur animus.

A'γανακτήσασθαι dicitur voce mediâ pro ἀγανακτῆσαι. Luc.

A'γανάκτησις, εως, ἡ, dolor, doloris ſenſus. Plat. ¶ Item indignatio, ſtomachatio. Thuc. (dum. Plat.

A'γανακτητὸς, ὴ, ὸν, unde ἀγανακτητὸν, indigné ferendum, querendum.

A'γανακτικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facilè queritur & ægrè fert caſus incommodos: Plat.

Compoſita.

Διαγανακτέω, ῶ, peregrè fero, indignor.

Επαγανακτέω, ῶ, indignor ob.

Περαγανακτέω, valde indigné fero. Hippocr. ep. ad Demag.

Συναγανακτέω, ῶ, condoleo. B.

Συναγανάκτησις, condoleſcentia. apud Ariſtot.

Τ'περαγανακτῶ, ſupra modum indignor, vehementiùs ſtomachor vel conqueror. Et ὑπεραγανακτῶ τούτῳ pro ἀγανακτῶ ὑπὲ τούτῳ.

A'γαλλόμενος, vide in A'γάω, i. frango.

A'γανδὸς, vide in Γάνδος. At ἄγανδος in A'γω. i. frango.

A'γάομαι vide in A'γάω.

A'ΓA Π A'Ω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, amo, diligo. De honeſto & inhoneſto amore uſurpatur. Xen. apomn. 1. τοὺς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺ ἑταίρους. Dicitur aliquando ἀγαπᾶν τοῦτο ἀντὶ ἑκείνου, vel ἀγαπᾶν τοῦτο μᾶ ἑκείνου, præfero hoc illi. Et pro eodem ἀγαπᾶν τοῦτο ἐκὶ πλείονι ἢ τὸ ἑκείνου. Item ἀγαπᾶν μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα. Et cum infinit. ἀγαπᾶν τοῦτο ποιεῖν. Ariſtot. Oecon. 2. ἀγαπῶντας πέφυκεν φθονεῖν. ¶ Item amicè & hilariter accipio, Od. ϕ, Οὐ νεκά σ' ἐγὼ πρῶτον ἐσεῖδον, οὐδ' ἀγάπησα. ¶ Item oſculor, ut ait Euſtat. ¶ Item ἀγαπᾶν, contentum eſſe, & pro, ſatis eſſe, ſufficere. Plut. in Public. ἀγαπᾶν τὸν δικτάτορα τύχῃ, ſecundo loco contentum eſſe. Et Thuc. l. 6. ἐκ ἀγαπήσαντες τὸν ἐν τῇ παρόντι ἡσυχίαν. Et cum dat. Luc. ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι. Sic ἀγαπᾶν τοῖς διδυπαιδεύοις, acquieſco arbitrorum ſententiæ. In qua ſignific. ἀγαπᾶν idem eſt cum ἀρέσκομαι. Et cum infinit. ἀγαπήσας λαβεῖν ταῦτα. apud Herodian. Et cum partic. Luc. ἀγαπᾶ σωὼν μαῖ.

A'γαπόωμαι, ῶμαι, amor, diligor. Ariſtot. Rhet. 1. Nonnunquam de amore venereo: unde ἀγαπώμενον & ἀγαπεμένην pro ἠρεμένην & ἡμυόμενον, amaſius & amaſia, ſeu amica. Luc.

A'γάπημα, τὸ, dilectio. Item res ſeu perſona quæ diligitur. Cratis Philoſ. in quodam Epigr. Χαῖρε Ἰσὰ δίκαιον ἀνδρῶν ἀγάπημ' ἀνάκτων.

A'γάπησις, ἡ, pro ἀγάπη. Plut. ἀγάπησις ἐραστικὴ, q. d. dilectio amatoria. A'γαπησμένος, ὴ, ὸν, idem cum ἀγαπητός. Suid. (toria.

A'γαπητὸς, ὴ, ὸν, dilectus, charus, vel amabilis, gratus, jucundus. Arriſt. Eth. l. 9. c. 12. τοῖς ἐφῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατον ἐϛι. ¶ Exp. & unicus: ut Xen. υἱὸς ἀγαπητὸς, & παρόσον ἀγαπητὸν. Et Homer. ἀγαπητὸν ἰδὲς: filius certè, qui unicus eſt, magis diligitur. ¶ Item ἀγαπητὸν ἔϛι, cum infin. boni conſulendum eſt. Ariſtot. Eth. l. 9. c. 10. ἀγαπητὸν ἢ φίλως ὁλίγως διῆσθαι, i. bene nobiſcum agi putandum eſt, ſi vel paucos inveniamus amicos.

A'γαπητὼς, gratè, amabiliter. Plat. interdum cupidè & libenter. Dem. Item ſatis, ſufficienter. Herodian. δεῖ ἢ ἀγαπητὼς ἔχειν ἕκαστον παῦτῆς, oportet unumquemque ſuis contentum eſſe.

A'γαπτικὸς, νιm diligendi habens, Heſych.

A'γαπτὸς, ὴ, ὸν, amandus. Plat. de Rep. l. 2.

A'γαπτέον, ſubaud. ἐϛὶ interdum dicitur pro, acquieſcendum eſt, contentum eſſe oportet.

A'γάπη, ἡ, amor, dilectio, charitas. Plut. Item ἀγάπαι, communia Chriſtianorum convivia, ſic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis cauſſa eſſent inſtituta. Jud. epiſt. vide Tertul. ¶ Item ἀγάπαι, pro φίλημα. Euſtath.

A'γαπίζω, apud poëtas pro ἀγαπῶ, amo. Muſæus, ἀγαπίζε μιλήσεται ἔσσιμον ἔρωτον. Item comiter & blandè atque hilariter aliquem excipio, benevolentiæ ſigna alicui exhibeo, amplector ſeu amplexor. Od. π. Ὡς ἢ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει. ¶ Eurip. in Phœn. uſurpavit pro procurare, ἐπιμελείας ἀξίων. νέκυας τοὺ παιδὸς ἀγαπίζων ἐμοῦ, &c. cadaver condens ſeu procurans, exequias præbens.

A'γαπίζομαι, idem cum ἀγαπάζω, Od. χ.

Compoſita.

A'μφαγαπάω, deamo, valde amo, chariſſimum habeo. poëticum.

A'μφαγαπάζω, idem, A'μφαγαπίζομαι, voce media pro eodem. Πεφαγαπάω, valdè amo.

T'περαγαπάω, idem quod ὑμφαγαπάω. Herodian. l. 1. Ὑφηγάπα ἢ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος. utitur & Dem.

A'ΓA P I K O'N, οῦ, τὸ, agaricum: radicis ſeu potiùs fungi arboris nomen apud medicos: de qua Dioſc. initio libri 3. & Plin. l. 52. c. 9. Eſt & ἀγαρικὸν μέλαν, lethalem vim habens: de quo rurſum Dioſc. in præfatione libri 6.

A'ΓA Σ T A Λ I'Σ, frutex unâ cum radice, unde Ammoniacum liquorem eliciunt, ut tradit Dioſc. l. 3. c. 98.

A'γαυὸς, &c. vide in A'γάω.

A'ΓA'Ω, γῶ, F. ήσω, P. ηκα, & (quod magis eſt in uſu) A'γάομαι, ῶμαι, demiror, cum ſtupore miror, ſtupeo. Od. ω. Οὔτε τι θαυμάζειν θεσπέσιον, οὔτ' ἀγάασθαι. ¶ Item pro invideo vel ὑμνόομαι, teſte Euſt. Od. ϵ. Οἵ τε θεοὶς ἀγάασθε παρ' ἀνθρώποις δίκαιοι. ¶ Idem Euſt. ann. ſignificare etiam odiſſe, apud Hom.

A'γυιὴ, ἡ, admiratio, ſtupor, obſtupefactio. Od. χ, ἄγυιὰ μ' ἔχει. Sic & Od. π. ¶ Apud Tragicos, honor, veneratio, Heſych.

A'γαϛὸς, ὴ, ὸν, admirabilis, item invidioſus. Suic. Heſ. Etym.

A'γνιὸς, ὴ, ὸν, admirabilis, ſtuporem excitans. Il. ε, ὅδ' ὄγνιός. & Plut. in Pericle. χρήμασιν ὅσιν ὄγνιός.

A'γαὸς, ὴ, ὸν, (Æolicè pro ἀγαθὸς, à γάω, ſecundum alios tamen à γείω) admirabilis, præclarus, illuſtris, Heſ. Item venerandus, σεμνὸς. Euſt. Il. γ. κήρυκες ἀγαοί. ¶ Ponitur pro ſuperbo & arrogante, apud Hom. ἀγαοὶ μνηστῆρες.

A'γαίομαι, admiror. Opp. Hal. 4. Εἶϛ' ὀγαιόμενοι πολυήεντον.

A'γαυὸς, vide in Γαῦος.

A'γαίω, pro θαυμάζω, admiror, inquit Euſt. Idem alibi exp. ἐκπλήττω, obſtupefacio, vel perterrefacio. ¶ Item exp. alibi & ὑμνέομαι, ſuccenſeo, indignor.

A'γάομαι, uſitatius eſt quàm ἀγάω, & ſignificat etiam, admiror, inquit Etym. Od. υ, ἀγάομαί σε κακὰ ἔργα, exp. χαλεπαίνομαι. alii μεμφομαι. ¶ Item ſuccenſeo, indignor, vel invideo. Cum dat. Heſiod. in Erg. Τῷδέ τοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγάεϛ), ubi tamen exponitur etiam μέμφεϛ). Et cum accuſ. Plut. ἐκ ἄγαίομαι ϑεῶν ἔργα, neque deorum operibus invideo. ¶ Item invideor, φθονοῦμαι, Suid.

A'γαμαι, idem in proſa quod in carmine ἀγάομαι, vel ἀγάομαι, admiror. Conſtruitur cum accuſ. vel rei vel perſonæ. Dicitur enim ἀγαμαι σε τὸ φρόνημα, & ἀγαμαι σε τῆ φρονήματι. (ſubaudito adverbio ὕψηλα) i. admiror tuam prudentiam, vel admiror te ob tuam prudentiam. Et cum genit. Plut. ἀγάμενος ἢ παρουσίας. Sic & Dem. pro cor. τίς γὰρ ἂν ἀγάσαιτο ἢν ἀνδρῶν ἐκείνων ἢ ἀρετῆς; Vide & ἀγάζομαι infrà. ¶ Item laudo, probo, Plat. ἀγάμαι σε τῶν ἀπόκρισιν. ¶ Afferuntur & aliæ ſignificationes pro, indignor, invideo, reprehendo: quæ pertinent potiùs ad ἀγάζομαι, ex quo ſumit hoc verbum ſua tempora.

A'γαθύνω, mirabiliter, mirificè, cum admiratione: ut ἀγαθύνας λέγειν. Ariſtot. Rhet. 3. Exp. & libenter.

A'γάλλομαι, poëtico pleonaſmo dicitur, pro ἄγαμαι, Od. π, Οὔτέ τι θαυμάζειν ἐκ ἐθέλω τόσον, οὔτ' ἀγάλλομαι.

VNitatis numerum ſignificat unum iota: binarum, duo ιι: & ita uſq; ad quatuor. Quinarium enim (τὸ πέντε) ſignificat litera π: ſimiliterq; ſenarium notat hoc ipſum π adjecto uno ι, veluti ad quinq; priora addito uno: & ita deinceps uſq; ad novem. Nam denarius numerus (τὸ δέκα) ſignificatur litera δ: vicenarius verò, duobus δδ, eodemq; modo uſq; ad quadragenarium. Nam quinquagenarius (τὸ πεντήκοντα) notatur litera π habente δ in medio ſuo venire, hoc modo, ⊼. Sexagenarius autem, hac ipſa nota itidem ut in præcedentibus appoſitum habente ſuum δ & ita progreſſio fit uſque ad nonagenarium, Centenarius enim. (τὸ ἑκατόν) ſignificatur litera η: ducena ius, duplici ση, & ita uſq; ad quingenarium: ejus quippe (τῶν πεντακοσίων) nota eſt litera π, in ſui medio habens literam η: ſic nimirum, ⊓. Sexcenarius verò conſimiliter notatur eadem hac nota appoſita literæ η: & uſq; ad nonagenarium eodem paſto proceditur. Etenim millenarii, (τὰ χίλια) nota eſt litera χ: at duo millia ſignificantur duobus χχ. & ſic uſque ad quatuor millia progredimur. nam π ruſum uti ſupra, in ſeſe medium continens χ. quinq; millia (τὰ πεντακισχίλια) denotat: hoc modo. ⊼. Idem verò & ſex millia ſignificat, conſimiliter uti in ſuperioribus appoſita ei litera χ: eademq; ratione uſque ad novem millia. Decem autem millia (τὰ μύρια) notat literâ μ. Porro notæ quæ apponuntur ſupradictis, quum augendus eſt numerus, ad dextrum apponuntur latus: quum minuendus, ad ſiniſtrum, nam appoſitio numeri ea parte facta, ſignificat oportere hunc minorem numerum ab illo majore demere. Verùm ſubjici ipſas illas numerorum figuras ſerie & ordine ſuo, ab unitate exorſus ſingulis ipſarum appoſita communis numeri nota: ut eo modo cognoſci melius & intelligi poſſint quæ antè dicta ſunt. Facit autem itaque ut præditum eſt. appoſitarum namq; literarum unaquæq; numeri multitudinem ſignificat. Cæterùm ſcripſi numeros unitatis, denarios, centenarios, millenarios, quia ex prædictis ſatis manifeſtum eſt quòdnam pacto ſinguli horum illis appoſitis augendi ſint, præmittendus autem ſemper major minori, appoſitis ſerie ſua tot aliis numeris quot augere illum volumus.

Ι, α'. ἕν.	I, 1, Vnus.
ΙΙ, β'. δύο.	II, 2, duo.
ΙΙΙ, γ', τρία.	III, 3, tria.
ΙΙΙΙ, δ'. τέτταρα.	IIII, 4. quatuor.
Π, ε', πέντε.	V, 5, quinque.
ΠΙ, ϛ', ἕξ.	VI, 6, ſex.
ΠΙΙ, ζ', ἑπτά.	VII, 7 ſeptem.
ΠΙΙΙ, η', ὀκτώ.	VIII, 8, octo.
ΠΙΙΙΙ, θ', ἐννέα.	IX, 9, novem.
Δ, ι', δέκα.	X, 10, decem.
ΔΙ. ια', ἕν δέκα.	XI, 11, undecim.
ΔΙΙ, ιβ', δώδεκα.	XII, 12, duodecim.
ΔΙΙΙ, ιγ', τρία καὶ δέκα.	XIII, 13, tredecim.
ΔΙΙΙΙ, ιδ', τέτταρες καὶ δέκα.	XIIII, 14, quatuordecim.
ΔΠ, ιε, πέντε καὶ δέκα.	XV, 15, quindecim.
ΔΠΙ, ιϛ', ἓξ καὶ δέκα.	XVI, 16, ſedecim.
ΔΠΙΙ, ιζ', ἑπτὰ καὶ δέκα.	XVII, 17, ſeptendecim.
ΔΠΙΙΙ. ιη' ὀκτὼ καὶ δέκα.	XVIII, 18, octodecim.
ΔΠΙΙΙΙ, ιθ', ἐννέα καὶ δέκα.	XIX, 19, novendecim.
ΔΔ. κ', εἴκοσι.	XX, 20, viginti.
ΔΔΙ κα', εἴκοσιἕν.	XXI, 21, viginti unum.
ΔΔΙΙ, κβ', εἴκοσι δύο.	XXII, 22, viginti duo.
ΔΔΙΙΙ, κγ', εἴκοσι τρία.	XXIII, 23, v ginitria.
ΔΔΙΙΙΙ, κδ', εἴκοσι τέτταρα.	XXIII, 24, viginti quatuor.
ΔΔΠ. κε', εἴκοσι πέντε.	XXV, 25, viginti quinque.
ΔΔΠΙ, κϛ', εἴκοσι ἕξ.	XXVI, 26, vigintiſex.
ΔΔΠΙΙ, κ', εἴκοσι ἑπτά.	XXV I, 27, vigintiſeptem.
ΔΔΠΙΙΙ. κη', εἴκοσι ὀκτώ.	XXVIII, 28, viginti octo.
ΔΔΠΙΙΙΙ, κθ', εἴκοσιἐννέα.	XXIX, 29, viginti novem.
ΔΔΔ. λ' τριάκοντα.	XXX, 30, triginta.
ΔΔΔΙ, λα'.	XXXI, 31.
ΔΔΔΙΙ, λβ'.	XXXII, 32.
ΔΔΔΙΙΙ, λγ'.	XXXIII, 33.
ΔΔΔΙΙΙΙ, λδ'.	XXXIIII, 34.
ΔΔΔΠ, λε'.	XXXV, 35.
ΔΔΔΠΙ, λϛ',	XXXVI, 36.
ΔΔΔΠΙΙ, λ',	XXXVII, 37.
ΔΔ ΔΠΙΙΙ, λη'.	XXXVIII. 8.
ΔΔΔΠΙΙΙΙ, λθ'.	XXXIX, 39.
ΔΔΔΔ. μ'.	XL, 40.
Δ ΔΔΔ Ι. μα'.	XLI, 41.
ΔΔΔΔΙΙ, μβ'.	XLII, 42.
ΔΔΔΔΙΙΙ, μγ',	XLIII, 43.
ΔΔΔΔΙΙΙΙ, μδ'.	XLIIII, 44.
ΔΔΔΔΠ, με.	XLV, 45.
ΔΔΔΔΠΙ. μϛ'.	XLVI. 46.
ΔΔΔΔΠΙΙ, μ'.	XLVII, 47.
ΔΔΔΔΠΙΙΙ, μη'.	XLVIII, 48.
ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ. μθ'.	XLVIIII, 49.
⊼. ν πεντήκοντα.	L, 50. quinquaginta.
⊼Ι, νά.	LI, 51.
⊼ΙΙ, νβ'.	LII, 52.
⊼ΙΙΙ, νγ'.	LIII, 53.
⊼ΙΙΙΙ, νδ'.	LIIII, 54.
⊼Π, νε.	LV, 55.
⊼ΠΙ, νϛ'.	LVI. 56.
⊼ΠΙΙ, ν'.	LVI. 57.
⊼ΠΙΙΙ, νη'.	LVIII, 58.
⊼ΠΙΙΙΙ, νθ'.	LIX, 59.
⊼Δ, ξ', ἑξήκοντα.	LX, 60. ſexaginta.
⊼Δ Ι, ξα'.	LXI 61.
⊼ΔΙΙ, ξβ'.	LXII, 62.
⊼ΔΙΙΙ, ξγ'.	LXIII, 63.
⊼ΔΙΙΙΙ, ξδ'.	LXIIII, 64.
⊼ΔΠ, ξε.	LXV, 65.
⊼ΔΠΙ, ξϛ'.	LXVI. 66.
⊼ΔΠΙΙ, ξ'.	LXVII, 67.
⊼ΔΠΙΙΙ, ξη'.	LXVIII, 68.
⊼ΔΠΙΙΙΙ, ξθ'.	LXIX 69.
⊼ΔΔ, ὁ, ὁγδοήκοντα.	LXX, 70, ſeptuaginta.
⊼ΔΔΙ, οα'.	LXXII, 71.
⊼ΔΔΙΙ, οβ'.	LXXII, 72.
⊼ΔΔΙΙΙ, ογ'.	LXXIII, 73.

⊼ΔΔΙΙΙΙ, οδ'.	LXXIIII. 74.
⊼Δ Δ Π, οε'.	LXXV, 75.
⊼Δ Δ Π Ι, οϛ',	LXXVI, 76.
⊼Δ Δ Π Ι Ι, οζ'.	LXXVII, 77.
⊼Δ Δ Π Ι Ι Ι, οη'.	LXXVIII, 78.
⊼Δ Δ Π Ι Ι Ι Ι, οθ'.	LXXIX, 79.
⊼Δ Δ Δ, π' ὀγδοήκοντα.	LXXX, 80, octuaginta.
⊼Δ Δ Δ Ι. πα'.	LXXXI, 81.
⊼Δ Δ Δ Ι Ι, πβ'.	LXXXII, 82.
⊼Δ Δ Δ Ι Ι Ι, πγ'.	LXXXIII, 83.
⊼Δ Δ Δ Ι Ι Ι Ι, πδ'.	LXXXIV, 84.
⊼Δ Δ Δ Π, πε'.	LXXXV, 85.
⊼Δ Δ Δ Π Ι, πϛ'.	LXXXVI, 86.
⊼Δ Δ Δ Π Ι Ι, π'.	LXXXVII, 87.
⊼Δ Δ Δ Π Ι Ι Ι, πη'.	LXXXVIII, 88.
⊼Δ Δ Δ Ι Ι Ι Ι. πθ'.	LXXXIX, 89.
⊼Δ Δ Δ Δ, ϟ', ἐνενήκοντα.	LXXXX, nonaginta.
⊼Δ Δ Δ Δ Ι, ϟα'.	LXXXXI, 91.
⊼Δ Δ Δ Δ Ι Ι, ϟβ'.	LXXXXII, 92.
⊼Δ Δ Δ Δ Ι Ι Ι, ϟγ'.	LXXXXIII, 93.
⊼Δ Δ Δ Δ Ι Ι Ι Ι, ϟδ',	LXXXXIIII, 94.
⊼Δ Δ Δ Δ Π, ϟε'.	LXXXXV, 95.
⊼Δ Δ Δ Δ Π Ι, ϟϛ'.	LXXXXVI, 96.
⊼Δ Δ Δ Δ Π Ι Ι, ϟ'.	LXXXXVII, 97.
⊼Δ Δ Δ Δ Π Ι Ι Ι, ϟη'.	LXXXXVIII, 98.
⊼Δ Δ Δ Δ Π Ι Ι Ι Ι, ϟθ.	LXXXXVIIII.
Η, ρ' ἑκατόν.	C, 100, centum.
ΗΗ. σ', διακόσια.	CC, (ϡ) 200, ducenta.
ΗΗΗ. τ', τριακόσια.	CCC, 300, tricenta.
ΗΗΗΗ, υ', τετρακόσια.	CCCC, 400. quadringenta.
Η, φ', πεντακόσια.	D, (vel ι ↀ) 500, quingenta.
Η, χ', ἑξακόσια.	DC, 600, ſexcenta.
Η ΗΗ, ψ', ἑπτακόσια.	DCC, 700, ſeptingenta.
Η ΗΗΗ, ω', ὀκτακόσια.	DCCC, 800 octingenta.
Η ΗΗΗΗ, ϡ', ἐνακόσια.	DCCCC. 900, nongenta.
Χ, ͵α, χίλια.	M, (vel ↀ Ι ↀ : ↀↀ, ɔ Ι) 1000.
mille.	
ΧΧ, ͵β, δισχίλια.	II, (vel ΙΙ ↀↀ 2000) duo millia
ΧΧΧ, ͵γ, τρισχίλια. millia.	III, (vel III ↀↀ) 3000, tria.
ΧΧΧΧ, ͵δ, τετρακισχίλια. quatuor millia.	IIII (vel IIII. ↀↀ) 4000,
Χ⊼, ͵ε, πεντακισχίλια. que millia.	v, (vel v ↀↀ, ɔ ↀↀ) 5000, quin-
Χ⊼ Χ, ͵ϛ, ἑξακισχίλια.	VI, (vel VI ↀↀ) 6000 ſex millia
Χ⊼ Χ, ͵ζ', ἑπτακισχίλια. ptem millia.	VII, (vel VII ↀↀ) 7000, ſe-
Χ⊼ ΧΧ, ͵η, ὀκτακισχίλια. octo millia.	VIII, (vel VIII ↀↀ) 8000,
Χ⊼ ΧΧΧ, ͵θ, ἐννακισχίλια. novem millia.	VIIII, (vel VIIII ↀↀ) 9000
Μ, ͵ι, μύρια. M. 10000, decem millia.	X, (vel ccIↃↃ. ↃMC. IMI)

Porro ſi quis Herodiani myriadem excedere, & aliquanto ulteriùs progredi velit, inſtitutam ab eo rationem ſequetur, hoc modò.

MM, δισμύρια. ginti millia.	xx, (vel xx ↀↀ) 20000, vi-
MMM, ͵λ, τρισμύρια. triginta millia.	xxx, (vel xxx ↀↀ) 30000,
MMMM, ͵μ, τετρακισμύρια. quadraginta millia.	xxxx, (vel xxxx ↀↀ) 40000,
M, ͵ρ, πεντακισμύρια. quinquaginta millia.	l, (vel l ↀↀ, ɔ ↀↀↀ) 50000,
M M, ͵ξ, ἑξακισμύρια. ſexaginta millia.	l x, (vel lx ↀↀ) 60000, ſexa-
M M M, ͵ο, ἑβδομηκοντακισμύρια. ſeptuaginta millia.	l x x, (vel lxx ↀↀ) 70000,
M M M M, ͵π ὀγδοηκοντακισμύρια. octuaginta millia.	lxxx, (vel lxxx ↀↀ) 80000,
M MMMM, ͵ϟ, ἐνενηκοντακισμύρια. 90000, nonaginta millia.	l x x x, (vel l x x x x ↀↀ)

Quòd ſi ulteriùs adhuc progredi velimus, ſequemur notas minuſcularum literarum: quarum hæc eſt ſeries.

͵ρ, ἑκατοντακισμύρια. 100000 centum millia.	c, (vel c M, c ↀↀ, ɔ c c Ι ↃↃↃ)
͵σ, διακοσιακισμύρια. centum millia.	cc, (vel c c ↀↀ, ɔ) 200000, du-
͵τ, τριακοσιακισμύρια. trecenta millia.	ccc, (vel c c c ↀↀ, ɔ) 300000,
͵υ, τετρακοσιακισμύρια. quadringenta millia.	c c c, (vel cccc ↀↀ) 400000,

͵φ, πεντακοσιακισμύρια. quingenta millia.	D, (vel I ↃↃ, D ↀↀ) 500000.
͵χ, ἑξακοσιακισμύρια, Sexcenta millia.	D C, (vel D C ↀↀ) 600000,
͵ψ, ἑβδομηκοντακισμύρια, ſeptingenta millia.	D C C, (vel D C C ↀↀ) 700000,
͵ω, ὀγδοηκοντακισμύρια, 800000. octingenta millia.	D C C C (vel D C C C ↀↀ)
͵ϡ, ἐννενηκοντακισμύρια, 900000. nongenta millia.	D C C C C, (vel D C C C C ↀↀ)

Hæ ſequuntur ἑκατοντακισμύρια, χιλιακισμύρια, μυριακισμύρια, Quæ integra potius ſcribuntur quàm notis repræſentantur: quamvis apud Latinos decies centena millia hoc ſigno ↀↃↃↃↃ notata comperiantur.

De Nominibus ordinalibus.

Ordinalia nomina quæ vocant, à ſuperioribus originem ducunt.

πρῶτος.	Primus.
Δεύτερος.	Secundus
Τρίτος, (Poëtis τρίτατος)	Tertius
Τέταρτος, (Poëtis τέτρατος)	Quartus
Πέμπτος. (τος)	Quintus.
Ἕκτος,	Sextus
Ἕβδομος,	Septimus.
Ὄγδοος,	Octavus.
Ἔννατος,	Nonus.
Δέκατος,	Decimus.
Ἑνδέκατος,	Vadecimus.
Δωδέκατος,	Duodecimus.
Τεταρτοσταδέκατος,	Decimus tertius, ſeu Tertius decimus.
Τεταρτοστοδέκατος, utroque enim modo Latini loquuntur, id quod de ſequentibus etiam dictum putator.	Decimus quartus, ſeu quartus decimus.
Πεντεσταδέκατος,	Decimus quintus.
Ἑκταισταδέκατος,	Decimus ſextus.
Ἑπταισταδέκατος,	Decimus ſeptimus.
Ὀκταισταδέκατος,	Decimus octavus.
Ἐννεαισταδέκατος,	Decimus nonus.
Εἰκοστός.	Vigeſimus, ſeu viceſimus.
Εἰκοστὸς πρῶτος,	Vigeſimus primus.
Εἰκοστὸς δεύτερος,	Vigeſimus ſecundus.
Εἰκοστὸς τρίτος.	Vigeſimus tertius, & ſic deinceps.
Τριακοστός,	Trigeſimus, ſeu Tricesimus.
Τριακοστὸς πρῶτος,	Trigeſimus primus, & ita deinceps.
Τεσσαρακοστός,	Quadrageſimus.
Τεσσαρακοστὸς πρῶτος,	Quadrageſimus primus, &c.
Πεντηκοστός,	Quinquageſimus.
Ἑξηκοστός,	Sexageſimus.
Ἑβδομηκοστός,	Septuageſimus.
Ὀγδοηκοστός,	Octogeſimus.
Ἐνενηκοστός,	Nonageſimus.
Ἑκατοστός,	Centeſimus.
Διακοσιοστός,	Ducenteſimus, vel Duceſimus.
Τριακοσιοστός,	Tricenteſimus, vel Triceſimus.
Τετρακοσιοστός,	Quadringenteſimus, vel Quadrageſi-
Πεντακοσιοστός,	Quingenteſimus, vel Quingeſimus.
Ἑξακοσιοστός,	Sexcenteſimus, vel, Sexceſimus.
Ἑπτακοσιοστός,	Septingenteſimus, vel Septingeſimus.
Ὀκτακοσιοστός,	Octogenteſimus, vel Octingeſimus.
Ἐννακοσιοστός,	Nongenteſimus, vel Noningeſimus.
Χιλιοστός,	Milleſimus.
Δισχιλιοστός,	Bis milleſimus.
Τρισχιλιοστός,	Ter milleſimus.
Τετρακισχιλιοστός,	Quater milleſimus.
Πεντακισχιλιοστός,	Quinquies milleſimus.
Ἑξακισχιλιοστός,	Sexies milleſimus.
Ἑπτακισχιλιοστός,	Septies milleſimus.
Ὀκτακισχιλιοστός,	Octies milleſimus.
Ἐννακισχιλιοστός,	Novies milleſimus.
Μυριοστός,	Decies milleſimus.
Δισμυριοστός,	Vicies milleſimus.
Τρισμυριοστός,	Tricies milleſimus, & ita deinceps ad μυριακισμυριοστός, & in Infinitum uſque multiplicando per adverbia numeralia. Porrò efferuntur hæc ordinalia etiam intercedente copula, & interdum quidem majore numero minorem præcedente, interdum, ſequente, ut videre eſt paſſim apud Athenæum.

Numeri in ως, & ωνος. finita.

Sunt & alia numerativa nomina adjectiva unà cum præcedentibus ordinalibus derivata ex numeralibus, vel etiam ex numeralium adverbiis. Duorum ea generum ſunt. Quædam enim in πλοῦς deſinunt, quædam in πλοῦν.

Διπλοῦς,	Duplex, (quòd præcidit) Δισσός, ſim-
Τριπλοῦς,	Triplex. plex.
Τετραπλοῦς,	Quadruplex.
Πενταπλοῦς,	Quintuplex.

Ἑξαπλοῦς, Sextuplex.
Ἑπταπλοῦς, Septuplex.
Ὀκταπλοῦς, Octuplex.
Ἐνναπλοῦς, Nonuplex.
Δεκαπλοῦς, Decuplex. & ita deinceps, ἑκατονταπλοῦς, χιλιαπλοῦς, μυριαπλοῦς. Quibus adde infinitum πολλαπλοῦς multiplex. Sequuntur ea quæ in πλάσιος desinunt.

Διπλάσιος, Duplus.
Τριπλάσιος, Triplus.
Τετραπλάσιος, Quadruplus.
Πενταπλάσιος, Quinquuplus.
Ἑξαπλάσιος, Sexcuplus.
Ἑπταπλάσιος, Septuplus,
Ὀκταπλάσιος, Octuplus.
Ἐννεαπλάσιος, Nonculus
Δεκαπλάσιος, Decuplus.
Εἰκοσαπλάσιος, Vigeculus. Et sic deinceps usque ad ἑκατοντακαπλάσιος seu ἑκατονταπλασίων, centuplus: χιλιαπλάσιος, millecuplus: μυριαπλάσιος, deno milleno numero auctus. Quibus itidem adde infinitum πολλαπλάσιος, multiplus seu multiplex.

Substantiva quædam ex numeralibus derivata.

Μονάς, Vnitas. numerus singularis.
Δυάς, Dualis numerus, secund alios Binarius.
Τριάς, Ternarius numerus vel Trinitas.
Τετράς, Quaternarius numerus.
Πεντάς, sive Πέμπας, Quinarius numerus.
Ἑξάς, Senarius numerus.
Ἑπτάς, Septenarius numerus.
Ὀγδοάς, Octonarius numerus.
Ἐνάς, Novenarius numerus.
Δεκάς, Denarius numerus.
Ἑνδεκάς, Vndenarius numerus.
Δωδεκάς, Duodenarius numerus.
Εἰκάς, Vicenarius numerus.
Τριακάς, Tricenarius numerus. Et ita deinceps usque ad ἑκατοντάς, centenarius numerus: χιλιάς millenarius numerus: μυριάς, numerus denarius millenarius.

Adverbia numeralia.

Sunt & adverbia quædam ex numeralibus nominibus orta:

Ἅπαξ, Semel.
Δίς, Bis.
Τρίς, Ter.
Τετράκις, Quater.
Πεντάκις, Quinquies.
Ἑξάκις, Sexies.
Ἑπτάκις, Septies.
Ὀκτάκις, Octies.
Ἐννάκις, Novies.
Δεκάκις, Decies.
Ἑνδεκάκις, Vndecies.
Δωδεκάκις, Duodecies.
Τεσσαρεσκαιδεκάκις, Tredecies.
Τεσσαρακαιδεκάκις, Quaterdecies.
Πεντεκαιδεκάκις, Quindecies.
Ἑκκαιδεκάκις, Sedecies.
Ἑπτακαιδεκάκις, Decies septies.
Ὀκτακαιδεκάκις, Deciesocties.
Ἐννεακαιδεκάκις, Deciesnovies
Εἰκοσάκις, Vigecies, seu Vicies.
Τριακοντάκις, Trigecies, seu Tricies.
Τετρακοντάκις, Quadragies.
Πεντηκοντάκις, Quinquagies.
Ἑξηκοντάκις, Sexagies.
Ἑπτηκοντάκις, Septuagies.
Ὀγδοηκοντάκις, Octogies.
Ἐνενηκοντάκις, Nonagies.
Ἑκατοντάκις, Centies.
Διακοσιάκις, Ducenties.
Τριακοσιάκις, Trecenties.
Τετρακοσιάκις, Quadringenties: & sic deinceps
Χιλιάκις, Millies.
Δισχιλιάκις, Bis millies: & sic deinceps.
Μυριάκις, Decies millies.
Δισμυριάκις, Vicies millies: & sic deinceps usque ad μυριάκις μυριάκις. Infinitum autem est πολλάκις, multoties, sæpiùs. Quibus adde ποσάκις, quotiès, & totics.

DE MENSIBVS ET EORVM Partibus.

DVODECIM apud omnes Gentes comperiuntur fuisse menses: sed non eadem apud omnes fuit ratio: inprimis verò Attici menses non conveniunt cum nostris, quod illi, sicut & Hebræorum mensis, tantùm ad Lunæ cursum computarentur, Lunâ auspicante & finiente mensem: nostri verò ita descripti sint, ut in conficiendo anno magis ad solis cursum quadrarent. Apud Atticos primus mensis à solstitio æstivo inchoabat annum; quod quum ferè incidat in medium mensem Iunium apud nos, mensem qui illi exactè respondeat, opponere non possumus, quum videamus eum partem sibi ex Iunio capere, partem ex Iulio, quæ ratio eadem deinceps est in cæteris. Quoniam autem apud Græcos scriptores crebra occurrit mentio non solùm Atticorum mensium, sed etiam Aegyptiacorum & Hebræorum, singulorum nomina & seriem subscribemus.

Atheniensium.

Ἑκατομβαιών, Junius. Primus hic fuit mensium Atticorum, & anni initium, ut patet ex Dionys. Hal. Rom. antiq. l. 1. ideoque ab hecatombis sacrificiis majoribus, quæ tunc fiebant, nomen accepit. Antiquitus dictus fuit Κρονιών, (i. Saturnalis) à Bœotis Hippodromus. à Macedonibus Lous, ut refert Plut. in Thes. & Cam. & Alex.

Μεταγειτνιών, Iulius à Metagitniis Apollinis sacris. Hunc mensem fuisse secundum annotat Suid. Post Harpocrationem.

Βοηδρομιών, Augustus, à Boedromiis sacris. Plut. in Aristide.

Μαιμακτηριών, September, à Mæmacta, quod turbidum aerem significat.

Πυανεψιών, October, sic dictus à festo, quod agitabatur fragibus terræ jam collectis atque conditis, ut ex Plut. in Thes. colligere licet.

Ἀνθεστηριών November, dictus quòd ἀπὸ Διὸς ταυρείου γλῶ. At Philostr. vernum esse mensem scribit, denominatum ita παρὰ τὰ ἄνθη. Vide & Plut. in Sylla, & Appian. l. Bel. civ. & Macrob. Saturn. lib. 1. c. 12.

Ποσειδεών, (q. d. Neptunius) December, ut interpr. Suidæ. Inauario tamen cum comparat Plut. in Cæs.

Γαμηλιών, Januarius: à Iunone quæ nuptiis præest, Suid.

Ἀνθεστηριών, Februarius à venatione cervorum.

Μουνιχιών, Martius, à Munichiis Dianæ sacris. Plut. in Thes. Vide & Harpoc. & Suid.

Θαργηλιών, Aprilis, dictus, παρὰ τὰ Θαργήλια, quod erat festum ex eo nominatum, quia in eo primitiæ earum frugum, quas calor solis ἁθρόον ἐκ θαλάττου πέμψαν prodiuxerat, diis offerrentur.

Σκιροφοριών, Majus, à sacris umbraculis. Vide Dionys. Hal. Rom. antiq. lib. 1.

Aegyptiacorum.

Θωθ, ἢ Διὸς, ὁ Ἑρμῆς μέγας.
Παῦφι, ἢ φανοί, ὁ Ὀσιρις.
Ἁθὺρ, ὁ Νόμιος.
Χοιὰκ, ὁ Δεκαμέριος.
Τυβὶ, ὁ Γαιάρμιος.
Μεχεὶρ, ἢ Ἥφαιστος, ὁ Φθαμένωφις.
Φαμενὼθ, ὁ Μάρπεμις.
Φαρμοῦθι, ὁ Ἀπόλλων.
Παχὼν, ὁ Μάρις.
Παῦνι, ὁ Ἥλιος.
Ἐπεὶφ, ὁ Ἥλιος.
Μεσορὴ, ὁ Αὐγουστος.

Hebræorum.

Τισρὶ, ὁ Ἑρμῆς μέγας.
Μαρχασὰν, ὁ Ὄσιρις.
Κισλὲυ, ὁ Νόμιος.
Τηβὴθ, ὁ Δεκάμερος.
Σεβὰτ, ὁ Γαιάρμιος.
Ἀδὰρ, ὁ Φαμενώθ.
Νισὰν, ὁ Μάρπεμις.
Ἰὰρ, ὁ Ἀπόλλων.
Σιβὰν, ὁ Μάις.
Θαμὺζ, ὁ Ἰούλιος.
Ἀβ, ὁ Ἰούλιος.
Ἐλὰλ, ὁ Αὔγουστος.

Dispartibus mensis.

Dividunt Græci mensem suum in tres decadas seu τρία δεκαήμερα, ut Pollux nominari posse ait. Primam vocant μηνὸς ἱσταμένου, vel ἀπὸ ἑνὸς: secundam, μεσοῦντος μηνὸς, vel ἀπὸ δεκάτης: tertiam, φθίνοντος μηνὸς, sive παυομένου, aut λήγοντος: vel etiam ὀπισθοφ

cis pronuntiari, quum reliquæ non enuntientur, sed tantùm ipsarum nomina, ut Alpha, Beta, & cæteræ omnes literæ præter ε, ω, & υ. Ex his autem Platonis verbis liquet, epitheton illud quo ψilon vocatur, id est, tenue, postea adjectum esse, quum inter ε & ει distingui, & illud quidem inter literas, hoc verò inter diphthongos numerari cœpisset. Veteres enim initiò hanc literam ει vocabant, sicut ostendit Plutarchus in eo libello, quem inscripsit εἰ τῷ ει ἐν Δελφοῖς, & post eum etiam Eustathius Iliad. ε. Item Nigidius apud Gellium l. 19. c. 14. meritò quidem in eo Græcos reprehendens.

Pierius dicit η gravi esse sono, ac tum demum exaudiri, quum spiritus aliquanto inferiùs contrahi videtur, & suppresso quodammodo sono enuntiatur: ἥψιλον verò acutum habere sonum, quum ad aperta usque labra porrigitur, & vocaliore sono se prodit.

Cavendum autem imprimis, ne η literam vel αι diphthongum pronuntiemus ut ε: neque incidamus in vitium orationis effœminatæ, quod vocant Grammatici πλυσιασμὸν: ut inferiùs in η & αι ostendemus.

Z, ζ, z.

ΖΗΤΑ, zeta, non zita: id autem oppositum Tsade Hebræorum non zain. Neque enim pronuntiari debet sicut hodiè à Gallis ſ litera effertur, quum est inter duas vocales media, neque etiam ut duplex ſſ, sed ut dſ, qui sonus est suavissimus, & à Latinis nunquam satis exprimi potuit.

Quintilianus l. 12. jucundissimas esse testatur apud Græcos ζ & υ: quibus, inquit, nullæ apud eos dulcius spirant, & subdit, quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod quum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio. ut in zephyris zopyrisque: quæ si nostris literis scribantur, surdum quiddam & barbarum efficient, & velut in locum earum succedent tristes & horridæ, quibus Græcia caret: Hæc Quintilianus. Contrà Martianus Capella refert Appium Claudium idcirco hanc literam reformidasse, quòd, dum exprimitur, morientis dentis imitetur: hinc factum ut quidam non omnino malè eam cum stridore quodam pronunciandam censeant. Cæterùm quod omnes asserunt Græci Grammatici, nimirum non dſ (ut diximus) sed ſd valere, hoc quidem probari non potest. Nam primùm omnium debet inter tres duplices eadem esse analogia. Cæteræ autem non valent αϖ, vel σϖ, sed πσ, vel κσ. Deinde ubi illa esset hujus literæ suavitas, qua Fabius testatur nullam dulciùs spirare?

Romani qui peregrinam ζ inter suas adsciverunt, eam aliquando duplici ſſ reddunt: παταίζω patrisso, μάζα massa.

H, η, ee- sive ê longum.

ΗΤΑ, Eeta ab Heth densissima Hebræorum consonante nomen traxit, fuitque olim nota aspirationis, ut declarat Athenæus lib. 9. his verbis: Οἶμαι δ' ἐγὼ διὰ τὸ ἢ τοιχεῖα τυπώσασθαι πολλαχοῦ· πλὴν ἐκεῖναι. δὴ ϕησὶ καὶ Ῥωμαῖος ἀφῆ πάντων ἥδιστον ὄνομα εἶναι τὸ ἢ περιγεγένται, id est, veteres arbitror H elemento aspirationem formasse; quamobrem etiam Romani omnibus aspiratis nominibus η præscribunt.

Ideoque in notis numerorum antiquitùs apud Græcos. H, ἑκατὸν, id est centum designabant, quòd prima esset ejus vocis litera, quam tum sic scribebant ΗΕΚΑΤΟΝ. Quia verò Græci hanc aspirationem non suprà ponebant, sed ipsi lineæ inserebant, hinc ortus est magnus error. Quo factum est ut cœperint eam supra ponere, ac tandem illam dissecuerint, hoc pacto Η: ita ut anterior pars significaret spiritum asperum, posterior lenem, quibus adhuc utimur in literis grandiusculis. In antiquissimis Heracleensium numismatis, legitur ΗΗΡΑΚΛΕΩΝ & ΗΗΡΑΚΛΗΤΩΝ, præposito in ipso contextu spiritu aspero.

Eam autem notam postea pro ε longo Græcia usurpavit, ut disertè testatur Plato in Cratylo his verbis, ὃ δὲ ἢ ἐχωνεύθη, ἀλλὰ τὸ ἠθαδίζειν, id est, η enim non usurpabamus olim, sed ε. Idipsum Ausonius Poeta de literis Græcis & Latinis, hisce versibus, qui subnutili videntur, confirmat.

Hm quod Aeolidum, quodque valet hoc Latiar E:
Præfla quod E Latium semper breve Dorica vox E.

Η igitur nullo modo exiliter pronuntiandum ut ἰὼπα, qui cùm nihil commune habet, sed e obliquo vastoque quodam sono, medio inter α & ε: rictu minùs diducto quàm α, hiantiore tamen ac minus in ima depresso sono, quàm ε. Hinc fit ut Græci Δημοδόκεα, τρίχα, in Δημοδόκη, τρίχη contraxerint: & ubicunque ferè εα incidit, in η contrahunt.

Legatum Jurisconsulti Græci λαγᾶτον: quod quam absurdè *ligatum* proferretur, quis non videt?

Caius Jurisc. de verb. signif. Telum, inquit, vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Ita sequitur ut & lapis & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur: dictumque ab eo quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ πάλλ, id est; ab eo quod est longè: quam etiam etymologiam Justinianus in suas Institutiones retulit.

Franciscus Vergara nostri seculi doctissimus Grammaticus, de vi & prolatione literarum sic scribit, η perinde nunc proferetur ac si esset ε longum, quum sit ε longum: ex H per virgulam transversam interfecta duæ propemodum ΕΕ fiunt, sic H quas geminas continere dicitur H tam figura quàm etiam tempore, nimirum semper longa, duas semper breves. Atque ita transfertur à Latinis per ε longum, ut Δημοσθένης Demosthenes, κρατὴρ crater.

Ex quibus apparet perperam eos facere, qui η cum jota confundunt.

Θ, ϑ, th.

ΘΗΤΑ ab Hebræo nomine Ther, ideoque vocatur Theta, non ut nunc thita, quia in priore syllaba est η, sive ε longum. quemadmodum etiam ab omnibus veteribus vocantur θῆτα, θῆτα, *theta*. Persius satyr. 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Et Martial. lib. 7.

Nostri mortiferum quæstoris Cæsticus signum,
Est opera pretium discere Theta novum.

Θ enim funesta illa in capitalibus judiciis litera (quod dictionem θάνατος inchoet) nota erat condemnationis.

I, ι, i.

ΙΩΤΑ, Iota trisyllabum ab Hebræo Jod, τ pro ϑ usurpato, respondet i Latino.

Cæcilius hanc literam vocat pumilionem, quòd omnium & figura & sono tenuissima sit & minima: est siquidem μικρότατον. Plato indicat accommodatam esse ad expicmendas res subtiles & penetrabiles quod declarant, ut ait, ἰσχνὸν, ἰδέᾳ, ac similia. Itaque planè aliter sunt proferenda η, υ, ει, ϑ, ι, quàm ι: ne inter legendum incidamus in ἰσταμενομὸν & πελιδνότα, quæ orationem faciunt exilem, enervem, pipientem & confusam. Neque enim Χεῖσες sonandum ut Χριστὸς: neque κιὼν ut πιών, μικρὸν longum, ut μακρὸν parvum.

K, κ, K, c, q.

ΚΑΠΠΑ, Kappa sive Cappa ab Hebræo Cap seu Caph, valet c nostrum, item k seu q. Ab omnibus ferè incorrupte & rectè pronuntiatur, scilicet ut k non solù ante consonantes, ut κλέπτω, κλαυτὸς, κρᾶσις, κραιπάλη crapula, χαεσκτὴρ: sed etiam ante vocales α, ο, ω, κλῆρος, κόμη coma, κώμη vicus, pagus, & in fine dictionis, ὲκ ex.

Priscianus author est, k & q, quamvis figura & nomine videantur aliquam habere differentiam, cum c tamen eandem tam in sono vocum quam in metro continere potestatem, & k penitus in Latina lingua supervacuum esse. quod ante Priscianum testati sunt etiam Fabius, Terentianus, & Fl. Sosipater Carisius, Vnde & in antiquissimis marmoribus legimus PEQUNIAM pro *pecuniam*.

Certum est igitur κ eodem fuisse sono quacunque litera sequente, & Κικέρων pronunciandum esse kikeroon.

Veteres quoque Græci quod Latini per q efferunt, per κ reddunt: Quirites Κυῖρίτες.

Quintus Κόϊντος, alii κόϊντος, numismata quædam ΚΟΤΙΝΤΟΣ.

Λ, λ, l.

ΛΑΜΒΔΑ, Lambda, non Lamsda, ex Hebræo nomine Lamed, & syncope interpositâ β, λάμβδα. Valet l nostrum.

Græci aliquando n sequente l per λ transtulerunt: Manlius Μάλλιος scribentes. Invenitur tamen & Μάλιος, apud Plutarch. Ab hujus literæ forma λαμβδοειδὴς figura dicta est.

M, μ, m.

ΜΥ, my, hoc est mu per exile, non mi, longiùs recessit ab Hebræo nomine Mem. Iones vocant μῦ, idem valet quod Latinum m. Μάμμη avia: hoc etiam infantuli matrem vel nutricem appellant, sicut patrem Tatam. Mart. lib. 1.

Mammas atque Tatas habet Afra: sed ipsa Tatarum
Dixi & mammarum maxima n amma potest.

Cato, qui cibum ac potionem Buas & Pappas vocant, & patrem Tatam, & matrem Mammam.

Græcis nulla dictio in eam terminatur, quod & ait Fabius, quo etiam *mugiens* vocatur, quia mugitum edere videtur.

N, ν, n.

ΝΥ, Ny, hoc est, Nu per u exile, ab Hebræo Nun abjecto ultimo n. Sonat n Latinum, debetque linguæ mucrone intimos dentes & palatum feriente enuntiari, sive syllabam inchoet, sive claudat, apud Græcos præsertim.

Ξ, ξ, x.

ΞΙ, xi, ab Hebræo Schin ductum videtur: Latini nomen invertimus, ix dicentes. Valet cs, vel gs, quod ex obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοίνιξ, φοίνικος, & αὐτυξ, αὐτυγὸς. Interdum tamen κ in obliquis aspiratur, sed præter recti naturam. Nam inter κ & σ locus adspirationi nullus esse potest. Itaque quamvis dicamus Ἐρίξ Ἐριχὸς, minimè tamen existimandum est ξ in Ἐρίξ valere χσ.

O, ο, o

O, ο, o breve.

ΟΜΙΚΡΟΝ, o parvum, & ipsum quoque, ut ait Plato, à Græcis pronuntiatur, peculiarèque nomen non habet. Nam Hebræorum nulla litera est huic respondeat.

Latini o Græcorum suo u expresserunt, ut ὁ Ὀδυσσεὺς Ulysses. Talis est etiam apud Romanos cognatio u cum o. apilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunensis pars sic o pronuntiant ut ou intelligas. Narbonensis contrà ou mutat in o. Sed rectius omnino fecerunt recentiores qui o ab u diphthongo & appellatione & scriptione distinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod & ipsa figura indicat, ut o breve.

Π, π, p.

ΠΙ, Pi, ab Hebræo Pe nomen habet. sonat P Latinum.

Πατὴρ, pater, German. *vatter* seu *Fatter*, per digamma Æolicum.

P, ρ, rh, r.

Ρῶ, Rhoo per o longum, ab Hebræo Res longiùs remotum nomen habet. Valet r nostrum.

Apud Græcos perpetuò initio aspiratur.

ῥητὴρ defensor, Belgis *voter*, id est, eques, miles.

Et in medio dictionis geminatum prius tenue est, posterius aspiratur, ut Πύῤῥος purrhos.

Σ, σ, ſ.

ΣΙΓΜΑ, Sigma, à Samech Hebræo.

Dores San vocant, sicut Herodotus & alii testantur. Sonat ſ Latinum.

Σῖγμα apud Lucianum actionem instituit adversus πῶ conflictutis judicibus septem vocalibus, conquerens sese abs πῶ pluribus dictionibus spoliari.

Pindaro κῶδιλον vocatur, hoc est, adulterina & non vera litera.

Messala Corvinus vocat sibilum.

Malè autem infracto sono & sicut zain Hebræorum pronuntiari solet, quoties vel in eâdem vel in diversis dictionibus reperitur media inter duas vocales. Sic enim causâ pronuntiant, ac si Cauza scriptum esset.

Priscianus: S sæpe pro aspiratione ponitur in his dictionibus quas à Græcis sumpsimus, ut semis, sex, septem, se, sal. Nam ἥμισυ, ἕξ, ἑπτὰ, ὗς, ἅλς apud illos aspirationem habent in principio.

T, τ, t.

ΤΑΥ, non taſ, sed tau, quo modo nautæ litoris Belgici sonant, *tau* quod denotat funem nauticum. Apud Hebræos idem nomen habet. Valet t Latinum.

Τάνταλος, Tantalos, Αντώνιος, πάντα: panta:

Non (ut habent neotericorum Grammaticorum inventa) Tandalos, Andonios, panda: quum tante u, ne Latini quidem respuant.

Υ, υ, y, sive u tenue.

ΥΨΙΛΟΝ, y, hoc est u tenue, gracile, sive exile, (Virgilius literam Pythagoræ vocat) simplex nomen non habet, nec Hebræis litera est quæ huic respondeat.

Valet y, quod à Græcis mutuati sunt Latini.

Cujus sonus medius est inter i & ου, & tam Græcè quàm Latinè utu Gallicum enuntiandum est, non ut ι.

Q. Terentius Scaurus ait, Y literam supervacuam Latino sermoni putaverunt, quoniam pro illa V cederet: sed quum quædam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sint, in quibus evidenter sonus hujus literæ exprimitur, ut hyperbaton, ut hymnus, & hyacinthus, & similia, in eisdem hac litera necessariò utimur.

Terentius dixit, *An in aſtu venit*, pro ἄστυ, hoc est, civitatem.

Jurisconsulti nostri Senatusconsultum Tertullianum & Tertullianum dicunt: quod inde accidisse verisimile est, quia quum Romani destituerentur voce υ, nec haberent literam quæ omni ex parte ei responderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro υ sonantes u, quod etiamnum hodie evenit Italis & Hispanis Belgicè vel Gallicè loquentibus. Nam pro *buten*. id est foris, dicunt *bouten*, pro *muraille*, *mouraille*: hoc est pro βοῦτ & μυρ, βοῦ & μουρ.

Φ, φ, *ph, f consonans, digamma, Æolicum.*

ΦΙ, Phi nomen habet ex Hebræo Phe, quod & Pe dicitur: respondet Latino, id est τῷ ϝάμμα Aeolico, ut nunc quidem efferatur.

Priscianus: F verò τῷ ϝάμμα sono enuntiabatur, ita scilicet ut nunc u consonans, erátque is sonus solis inter Græcos Aeolibus peculiaris. Sed postea in ejus locum successit u consonans, ipsum verò digamma f in locum p aspirati: quod tamen in vocabulis Græcis servatum est, ut in Philosophia, Philomela, Sophista, & multis ejusmodi. Pauca tamen excipiuntur, ut fama φήμη, fuga φυγὴ, fagus φηγὸς, fur φῶρ, & alia præterea nonnulla quæ usus obtinuit ut per f scriberentur, quamvis Græca sint. Hæc igitur causa est cur Cicero pro Fundanio (sicut annotat Fabius) testem irriserit qui primam ejus literam dicere non posset. Quum enim esset diſſamma, Græcus ille testis vel ejus literæ sonum ignorabat, à solis scilicet Aeolibus inter Græcos usurpatum, vel certè pronuntiabat ut etiamnum hodie Germani solent per u consonantem.

Idem ad Atticum lib. ix. fundum suum Formianum vocat digamma, quod nomen ejus ab F litera initium sumeret, cujus figuram & sonum repræsentat: eoque Græci utebantur initio dictionum à vocali aspirata incipientium, ϝέρτερος, Feretrii, Veneti. Itemque in medio, si vocalium concursus erat, ΩΟΝ ΩΦΟΝ dicentes unde nostrum Ouum: & ΟΙΣ ΟΦΙΣ, unde ovis: ΒΟΟΣ ΒΟΦΟΣ Bovis. Sed præstat Terentiani Mauri Grammatici antiquissimi & gravissimi versus huc adferre.

Nominum multa inchoata literis vocalibus
Aeolicus usus vertit, & digammon præfixit:
Aeolica dialectos autem mista fermè est Itala:
Hesperum quum dico Græce, Vesperum cognominat.
Est a si vesta falta, Vestis ἑσθὴς dicitur,
Ἕα quem Græci vocamus, Vim jubet me dicere.
Ἔαρ est multis in usu, & magis positum est,
Ὑφ enim nativa vox est; ille Ver hoc diffinat.
Quos Homerus dixit Εὔϝεστον, ille Venetos cognominat,
Et Viola flos nuncupatur, quem Graii vocant ἴον
Et Iolaus ille Violens, credo Marco Tullio.
Quamque ἴτεαν dicunt Achai, hanc Vitym gens Aeoli.
Pitra Sappho comprobavit, Aeoles, & cæteri.

X, χ, ch.

ΧΙ, Chi, apud Hebræos nihil habet cui respondeat. Nomen formatum est ad modum πῆχυ, &c. valet ch, seu c aspiratum: proferetur enim aere è gutture erumpente.

Χάλυβες, Chalybes, χάος chaos, & hujusmodi alia.

Ψ, ψ, pſ, bſ.

ΨΙ, pli, ab Hebræo etiam nomen non habet, sed ad formam ξι, σι, χι, nominatum est. Sonat ut pſ, & aliquando et bſ.

αἰθίοψ αἰθιοπὸς, æthiops: ψαλμὸς, psalmus, ἄραψ, arabs.

Ω, ω, o, sive o longum.

Ωμέγα, id est o magnum, ita vocatum est ex collatione cum altero quod μικρὸν dicitur. Est enim re vera magnum, sive quantitatem spectes, quum sit natura longum, sive figuram, quam sit veluti ex duobus οο conflatum ex veterum consuetudine, qui (ut inquit Fabius) ante repertam temporis longi notam vocales productas in scribendo geminabant. Valet autem o longum, proferendúmque ut οο duplicatum, non ictu vocis, sed productione, eodemque plenè modo pronuntiandum βρῶ, id est, cibus, ut Belgis *broot*, hoc est panis à Græco deductum.

Ex his xxiii. literis, Vocales sunt septem, id est, quæ per se possunt plenam vocem edere, α ε η ι ο υ ω. Breves duæ, ε ο: quibus respondent totidem longæ η ω contractæ ex duabus brevibus, solâque quantitate ab iis differentes: & tres ancipites sive communes, id est, in quibusdam vocabulis longæ, in quibusdam breves, in paucis indifferentes. Priscianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidæ, hoc est, quæ facilè modò produci, modò corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum antè inventionem η & ω: quibus inventis quæ ancipites erant, remanserunt perpetuò breves, quum earum productarum loca possessa sint à prædictis vocalibus semper longis. Hæc Priscianus. Quod hâc ratione factum esse siunt, quia vetustissimi illi, si quando syllabam vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΛΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΘΡΟΟΠΟΣ pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Postea Simonides Melicus ex duobus ΕΕ invertit alterum, hoc modo Ε Ε, deinde ea conjungit ac efficit unum H, quam etiam notam aspirationis fuisse ostendimus. Hinc à Βεὰ, (unde in Evangelio Βεθλεὲμ ἡ ἄρχων Δημοσθένης,) Bethus Græcis Βῆλος, primus Assyriorum Rex, Nini pater: cui vità functo Templum erexerunt Babylonii, divinisque eum honoribus sunt prosequuti. Sic etiam duplex οο univit Simonides, hoc modo ω.

Ancipites autem ferè certam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iisdem dictionibus interdum varient: juxta illud Martialis.

Et quas ἄρας ἄρας dicere solent.

Et illud Theocriti,

ἦ πολλάκις ὦ Πολύϕαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πόησαι.

Id est, *O Polypheme*

Quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

Sed præstat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis versibus illustriorem reddere.

Ergo Græcis esse septem scimus è vocalibus
H & Ω, quæ bina pedibus subministrant tempora.
E & O breves vocari singularis temporis.
Cæteras tres quæ superstant δηλόνης cognominans.
Corripi quod sæpe eadem, sæpe produci valent.
Αλφα primum est, inde ἰὼτα, tertium quod υ vocant.

Et paulò pòst

Literam namque Evidemus esse ad H T A proximam,
Sicut O & Ω videntur esse vicina sibi.
Temporum momenta distant, non soni nativitas.
Inde vertunt hanc in H T A sæpe diphthongum Graii.
Quando quos ἰωτᾶς solebant aut ἀχρονὸς dicere.
Levigant, ἰωτᾶς quæ jotias aut ἀχρονὸς nominant.

Noſq; Medeam Latinè ſic in uſum vertimus,
Nomen & Regina geſſit quod furens Amazonum.
Sic & αἰόλειαν Acheus, noſter Aeneam vocat.

Sed & Martianus Capella dicit e Latinum duarum literarum Græcarum vim poſſidere: quum brevis eſt, τὸ ε, ut hoſte: quum longa eſt, τὸ η, ut die: eodemque modo de ω ſtatuendum eſſe. Et in hoc Virgilius, *Coniciẽre cõrmẽpe*, dicunt eſſe tum ε cum ε: primum namque e, η eſt, alterum verò ε eſt. In illo autem *rapti Ganymedis honores.*

ὄναρος dicunt prius eſſe ο, poſterius vero ω eſſe.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideoque à Platone in Cratylo & Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id eſt vocis expertes: à Grammaticis verò σύμφωνα, id eſt conſonantes, quòd cum vocalibus adjunctis ſonos ſuos communicent. Sunt autem numero xvii, β γ δ ζ θ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus ſunt ἡμίφωνα, id eſt Semivocales octo: ſic dictæ, quod, ut nullas habeant vocales adjunctas quandam tamen ſtrepitus & ſoni ſpeciem edant, ζ ξ ψ λ μ ρ σ.

Ex his ſunt διπλᾶ, id eſt, duplices tres, quòd duarum literarum ſunt compendia ζ ξ ψ.

Γ γραμ', id eſt liquidæ quatuor, quod ita ſint lubricæ, ut quaſi liqueſcant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eædem etiam ἀμετάβολα dicuntur, id eſt Immutabiles, quod in formationibus caſuum vel temporum non mutentur.

Μοναδικὸν, id eſt ſolitarium, unum σ, quod ab aliis ἄσημον, hoc eſt ſine ſigno, vel ignobile vocatur.

Cæteræ novem, appellantur ἄφωνα, id eſt Mutæ, quod per ſe neque vocem ut vocales, neque ſtrepitum edant ut Semivocales, β γ δ κ π τ θ φ χ.

In aſpiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli jampridem has literas pro aſpiratis aſperas noninant, quum potius denſas & craſſas vocare oporteat. Neque enim à Græcis πραχθὰ γράμματα, ſed δασέα dicuntur: quod copioſorem ſpiritum requirant, ut ſit earum opima & quaſi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiam literas illas oppoſitas non lenes, ſed ψιλὰ, id eſt, tenues & exiles appellant. R potius litera eſt aſpera, & l contra admodum lenis, ſicut Ovidius his verſiculis optimè declarat de Remurij loquens, quæ poſteà Lemuria dicta ſunt:

Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.

Itáq; à Græcis initio dictionum, & ſi quando geminata occurrerit, addito ſpiritu denſo lenitur: tantum abeſt ut rectè faciant qui denſum cum aſpero confundunt.

Hoc loco obiter admotandum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inveniuntur ζ θ υ φ χ, Græca eſſe, aut à Græcis derivata, ſaltem non Latina, ut Gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ὠκὺς, lachrymæ, philtrum Chriſtus. Quocirca vulgò peccatur in orthographia dictionum, charus, ſepulchrum, ſimulachrum, & ſimilium: quum ſcribenda ſint ſine aſpiratione, carus, ſepulcrum, & ſimulacrum: fiunt enim duo ſuperiora à ſupinis ſepultum & ſimulatum, ut ab involutum involucrum, à fultum fulcrum, à lavatum lavacrum, ab ambulatum ambulacrum, mutata t in c, & addita r. Teſtatur Servius in iii. Georg. veteres ſcripſiſſe ſepulchrum: poſt abjectam eſſe aſpirationem: ejus verba ſunt hæc: Tria veteres habebant nomina in quibus c literam ſequeretur aſpiratio, ſepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantùm hodie recipit aſpirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inſcriptionibus, & numiſmatis ſæpius invenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habuimus hoc tempore quæ de literis & germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quoſdam Euripidis valde artificioſos & feſtivos verſus ex Athenæo ſubilicere: ex quibus cognoſcere liceat antiquas quarundam literarum formas. Ait ſud Euripidem igitur in Theſeo paſtor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Theſei nomen ſcribitur, ſic depingit.

Ε'γὼ πέφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἄϊδρις,
Μορφὰς δ' λέξω κ) σαφῶς τεκμήρια.
Κύκλ☉ πῆ; ὅς τερποισιν ἐκμηκύνομος, Θ
Οὐ]☉ δ' ἔχει σημεῖον ὃ μέσῳ σαφές. ο
Τὸ δ' ἀνύπερθ' ὃ φῶτα μὲν γραμμὰ δύο, η
Ταύταις δοίημεν δ' ἐν μέσοις ἄλλη μία. C
Τεῖον δ' βόστρυχός τις ὡς ἐπιγνώμονος. τ
Τὸ δ' αὖ τέτρατον ἓν μὲ ἐ ὀρθὸν μία. ε
Λοξαὶ δ' ἐκ' αὐτῆς πρὸς κατεσκευάσθαι
Εἰσὶν τὸ πέμπτον δ' οὐκ ἐν ἐυμαρεῖ φράσαι, υ
Γραμμαὶ γὰ εἰσὶν ἓκ δισσοῖσιν ἄνω.
Αὖται δ' συμπέσουσιν εἰς μίαν βάσιν. C
Τὸ λοίσθιον δ' τῷ τρίτῳ παρεμφερές.

Quos verſus ita reddidit Natalis Venetus:

Quum literarum non peritus ipſe ſim.
Dabam figuras ſignaque evidentia.
Eſt circulus torno velut factus bene,
Signumque habens in ventre quod clare patet.
Binæ ſecunda forma lineas tenet:
Diſpeſcit medio incidens mox altera.
Cincinnus inde tortus ipſa tertia.
Subit figura quarta, recta linea,
Tres incuentes dividunt hanc lineæ,
Quintam minùs promptum ſit ipſam dicere.
Sunt differentes lineæ inter ſe duæ,
Quæ conveniunt ambæ ſimul in unam baſim.
Extrema differt nil figura tertia.

De literis quidem Latinis acutè admodum & breviter his verſibus luſit Quintianus Stoa Martianum Capellam imitatus:

A ſub directo memorabilis oris hiatu eſt.
B ſimul in. luſis proſertur utrinque labellis.
C linguam ad pulſus compellis ad uſque molares,
D cogit ſuperos linguam contingere dentes.
E paulum preſſâ proſertur gutture lingua.
F labrum inferius ſuperis cum dentibus urget.
G damnus, extremum quum tangit lingua palatum.
H oritur tractis quum ventus fancibus halat.
I linguam impellit colliai dentibus imis.
K fauces formant medi a cum parte palati.
L facit extremum contingens lingua palatum.
M quum ſit, preſſum premitur per utrumque labellum.
N lingua adpulſa cellidit litera dentes.
O ventt, exoritur quum ſpiritus ore rotundo.
P datur cruptis ter litera quinta labellis.
Q fit, in adpulſu quum ſtringimus ora palati.
R facit ut ſupino criſpetur lingua repulſu.
S quum ſit, peragit ollo ſibili dente.
T linguam impulſu contactis dentibus exit.
V facit os ſtrictum, ſic promula labra fatigat.
X reddit quidquid c atque s formare vicemus.
Y pſilon apprenſis labris procedere juſſum eſt.
Z eſt ſ. puchrales imitatur concita dentes.

Hacteus de literis.

De ſyllabis: deinde de diphthongis

Ex literis conſtituuntur ſyllabæ. Syllabam autem vocamus, docendi cauſa, ſpiritus comprehenſionem ad unam vocem exprimendam. Eſt autem in triplici differentia. Conſtat enim vel ex una vocali: vel ex duabus vocalibus in mixtam unam vocem coeuntibus, vel ex conſonante una, vel pluribus cum una vocali, aut duabus ad ſummum.

Primi generis ſyllabæ quinque ſunt, quot ſcilicet vocalium ſoni: nam η & ω non voce, ſed vocis quantitate differunt ab ε & ο.

Secundi generis diphthongi, id eſt geminiſonæ appellantur, quòd ex duabus vocibus tertiam unam efficientibus componantur.

Tertii generis ſyllabæ ex conſonantium & vocalium multiplici connexione pœnè ſunt infinitæ, quas enumerare minimè neceſſe eſt.

Diphthongus autem ita ſolet definiri à Grammaticis, ut ſit ſyllaba ex duabus vocalibus ſonum ſuum retinentibus conflata, ita dicta quòd duos φθόγγους, id eſt ſonos efficiat. Sic Terentianus Maurus.

Vnde diphthongos eas.
Gracie dicunt magiſtri: quòd duæ ſimſile ſimul
Syllabam ſonant in unam, vique gemina prædite.

Ego verò malim dicere, in unam mixtam vocem coeuntibus (nam alioqui quando diſtinctæ ſunt vocalium voces, duæ ſyllabæ naſcantur neceſſe eſt) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ rapitm & uno ſpiritu proferri poſſunt.

Diphthongi ſunt duodecim: novem propriæ, tres impropriæ: quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot impropias numerant.

Propriæ dicuntur, quòd poſtulet eas naturalis prolatio, hoc eſt, quòd duæ vocales, ut integrè ſcribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel quod una eademque ſyllaba geminæ vocalis ſonum edat αι, non e, αυ a υ, non af, ει ei, non i, ᾳ ει, non eſ, οι oi, non i, ου ου, υι vel ψ ui, non i, ηυ vel εευ, non if, ωυ oou, non of.

Ex quibus hodie vulgò ſola ου rectè pronuntiatur, cæteræ omnes depravatè. Tres verò poſteriores hactenus inter improprias numerantur.

Impropriæ ſive abuſivæ diphthongi ſunt, quæ contra veram rationem & definitionem diphthongi & ſcribuntur & proferuntur: hoc eſt, quando prior ſolùm vocalis integrè pingitur & enuntiatur, & ſubſcriptum non exauditur: ſic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipſas non requirat. Nam ut ſimplices vocales efferuntur, nec compoſitam vocem edunt. ᾳ α, ᾗ εε, non ι, ῳ ο non ο.

De diphthongorum propriarum ſono in genere.

Qui duos ſonos in diphthongis non agnoſcunt, quamodo illas Diphthongos exiſtimare poſſunt? quomodo enim à vocabulis ſono diſtant, ſi ſimplicem aliquem ſonum adferunt? diphthongus enim non ſcriptura, ſed voce cernitur: aliàs non diphthongus ſed digraphus eſt. Cur autem quum Diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum contineantur, quædam duos ſonos, ut αυ ει ου ηυ ωυ, quædam ſimplicem habent, ut αι ει οι υι? At id ſanè, ſi diphthongus aliquid ſit, & quid

quid diphthongus à vocali diſtet, verum eſſe non poteſt. Et quum uſus in diphthongorum numerum iſtas retulerit, cur abuſus dimidiam & meliorem ſoni partem ab illis auferet? Detur hoc uſui ut diphthongos faciat, vocales faciat, ſyllabas faciat: ſed hoc dare uſui nemo poteſt, ut quamdiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus ſit. Eximantur igitur è numero diphthongorum, ſi nihil in ſono cum diphthongis habent commune. At Quintilianus quærendum putavit, quomodo duabus deinum vocalibus in ſeipſas coeundi natura ſit, quum conſonantium nulla niſi alteram frangat. Sed hoc eſt pati illas minimè in ſeipſas coire, ſi alteram extrahas, & obtorto collo illam à ſonantio rapias, ne ſonus è duabus vocalibus in ſeipſas coeuntibus colleſtus afferatur. Sin in ſonando nihil altera vocalis adjuvet, nam non modò tuta frangitur, ſed etiam conſumitur. Igitur ut diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, ſed ſonorum ſeri debet, ne videlicet quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua deſtituatur.

Diphthongi autem cum minimè ſimplices voces, ſed compoſitæ & diviſibiles ſint, in varios ſonos tribui poſſunt. Quomodo enim διαίρεσις talis diphthongorum eſſet, niſi diphthongus coitionem illorum ſonorum antea habuiſſet: ut πεῖ; multis. Aut quomodo συναίρεσις fieri aliquorum poteſt quæ non antè ſejuncta ſeparataq; voce erant? ut βασιλεῖ βασιλεῖ, θῖς θὶς. Videmus autem ut ſones ſæpe ex αι rejiciant ι, α relinquant: ſæpe ᾳ & η in εἶ & αἶ dividant. Sequitur ergo vocalem præpoſitivam aquè proferendam ut ſubjunctivam. Nam ſi res diviſas vocesq; diphthongorum ſeparatas pronunciamus, quid ni eaſdem conjunctas? Quid? Itáne illarum natura diſſentiens eſt, ut ad ſocietatem ſonti addaci non poſſint? At quare tantopere in Græca lingua diſſentirent, quum in omnibus jam aliis linguis cum ſuavitate uſurpentur? Non igitur rei naturâ hoc fit, neque auricum cauſa: quia ſi in re conſiſteret, in nulla lingua hoc fieri poſſet. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, ubi aures omnium & peritiſſimæ & delicatiſſimæ ſunt? Et quoniam in Græcis diphthongorum ſonis vel ι ſubjungi neceſſe eſt vel υ, ut verè Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus ut iſtarum literarum ſonus ſubjungatur, non dominetur. Non enim quicquam ſubjungimus ubi nihil antecedit: ſed ut ſubjungatur quod ſequitur, neceſſe eſt aliquid conſtituatur quodpræponitur. At ι literæ quatuor vocales præponuntur in propriis diphthongis, & υ quoque quinque vocales quaſi duces ſoni antcunt, quibus illæ ut ſcriptura ſic ſono ſubjunguntur: quod quemadmodum in diphthongis quibus υ ſubſcribitur eſt perſpicuum, ſic in diphthongis quibus poſtponitur eſſe quoq; debet manifeſtum. Nam in iis quæ ι ſubjectum habent, vitium in prioribus literis eſt: in iis quibus υ ſubditur, in ipſo υ eſt. Nam una tantùm diphthongus ου nobis pura puta in ſono hactenus relicta eſt.

A I.

AI igitur diphthongus nullo modo ſonat ut æ, ſed planè Latinorum ai reſpondet, raptim ſcilicet & uno ſpiritu pronunciato, ut poſt a non reſpires, ne duæ ſyllabæ pro una audiantur. Hinc Plutarchus in ſymposiacis α literam ſemper præeſſe cæteris vocalibus, nunquam ſubjici, & eam in dicendo, quicquid conſequatur ſonum ſuum retinere dicit, ac cæteris ſimul cum eo ſonantibus uti. Neque enim vel pòſt ι vel υ ſi pronatur α cum illis conveniet, aut illorum ſi dictum ſequetur ut ex iis una fiat ſyllaba, ſed quaſi indignabunda litera & ſeſe admodum efferens dominatum quæret ſemper. Et ſi alteri illarum præponatur, tum ſubſequente illa & ſimul ſonante utitur, & ſyllabas etiam verborum facit ut in πάϊσιν, αἰλεῖν, αἰαῖ, αἰνίσσεται. & ſexcentis aliis. Hæc ille. Quod ſi δοκιμασθήσῃ δ' ἀκολουθήσει τῷ λόγῳ, ut Plutarchus dicit, quis negabit α in εο & ι simul ſonare? An eæ literæ dominatum non admittunt, quæ in ſono non minuuntur modò & quaſi de gradu deiiciuntur, ſed prorſus extinguuntur ut ne minimus quidem ejus ſenſus in auribus remaneat? An non idem accidit quum α litera πῆ; nullo modo conſonat, ſi neutra harum ſonum habeat, ſed quoddam peregrinum pro utroque reponatur? Itaq; ſimul iſtæ ſic ſonent, ut conſonare & conſentire poſſint. Nunc autem quaſi neutra digna ſono ſit, tertium aliquid, nempe ε pro utroque adhibetur.

Perdet igitur α dominatum ſuum, & magiſtratu ſuo abibit, ſi in εἰος. in αἰδέσθαι, & ſexcentis aliis, nihil ſonet: ſed hoc eſt impetum facere in magiſtratum, non pati ut munus ſuum ubi debet oportunè adminiſtret. Ex hoc igitur ſatis probetur α in αι reliquiſq; locis ubi ponitur ſonum ſuum retinere, & ι cum illo conſonare.

Quintilianus etiam αι diphthongum Græcos ſemper per ai extuliſſe memorat: Nos ergo nequaquam Græci ſumus, qui diphthongum non afferimus.

Et Terentius Scaurus de Orthographia teſtatur priſcos Latinos diphthongum æ Græcis literis αι ſcribere ſolitos, quam poſtea mutarint in æ, ſed ita pronunciarint ut utraq; vocalis exauditetur: quemadmodum etiam hoc tempore pronunciari deberet. Hinc in quibuſdam numiſmatis antiquis in auro & argento ſculptis, videre eſt ab altera parte caput Veſtæ, & ab alterabaſilicam Æmiliam cum hac inſcriptione AIMILIAREP. S.C.M.LEPIDVS. Vnde multa diviſis ſyllabis remanſerunt Perſius Satyra 6. citat hoc carmen Enni,

Lunai portum (eſt opere) cognoſcite cives.

Idem Ennius, —*Albai rex longai.*
Lucretius, —*Ignorantur enim quæ eſt natura animai.*
Idem, —*Gelidai ſtridor aquai.*
Martialis, —*Attonituſque legis terrai frugiferai.*
Virgilius etiam vetuſtatis antiquiſſimus.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et
Dives equum, dives pictai veſtis & auri.

In hoc nempe imitati ſunt Græcos, qui ex παῖς, hoc eſt pais, faciunt πάϊς.

Gellius probat hoc verbum *ſenus* non à φαίνεσθαι Græco, ut quidam arbitrantur, ſed à fetu ideo venire, quia M. Cato & cæteri ejus ætatis ſenus & feneratorem ſine à ſonabant, unde exiſtimant à φαίνεσθαι illud deduci non poſſe. At quis non ex hoc videt, in φαίνεσθαι illos α literæ ſono uſos eſſe? nunc per nos æ. què à φαίνεσθαι ac à fetu venire poteſt, qui nullam in iſtis verbis differentiam ponimus, & propter ſoni confuſionem verborum etymologiam agnoſcere non poſſumus. Sæpe enim Grammatici ineptas Etymologias adferre nobis videntur, qui diſtinctionem ſonorum non advertimus. Quod ſi veris ſonis conquirendis laboremus, in veris Etymologiis conſtituendis minus hæremus. Exiſtimemus igitur, ſi α ſemper ſonum retineat ubicunq; inciderit: ſi ſemper à Græcis αι efferatur, ſi in φαίνεσθαι cæteriſq; pronuncietur α debere α in αι diphthongo ſemper ſonari. Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, ubi Ajax & Achala dicimus? cur non eodem modo Αἴας τε & Ἀχιλλεὺς Græcè ſonamus? ſi Grammaticis κάισαρ rectè *Kaiſer* vocatur quid vetat eodem ſono à Græcis hoc fieri? aut quare apud Græcos vaſtus, apud Latinos & alios ſublimis ſonus eſt? cur in eiſdé verbis tanta ſonorũ diſſenſio exiſtit, ut vix cognoſcamus eadem eſſe? Nunc verò quomodo illos verſus apud Sophoclem legimus?

αἰαῖ, τίς αἰὰ πατ' οὐδὲν ὧδ' ἐπώνυμον.
τἠμῶν ξυνοίκων ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;
νῦν γὰ πάρεστ' ἐμοὶ δίς αἰάζειν ἐμοὶ,
κ) τοῖς· τοιούτοις γὰ κακοῖς ὄντυγχάνω. Hoc eſt.
At at, quis unquam putaſſet ſic concinnum
Meum conſortium fuiſſe nomen meis malis?
Nunc enim vel ſero & bis lamentari mihi,
Et ter: in tales quippe miſeria incido.

Quanquam enim Pindarus ſexto Iſthmiorum, nomen αἰαντ-ὸν τὸ φαίνεσθαι δεῖν deducat: de cujus volatu auguratur Hercules exauditas ſuas preces, & futurum eſſe prædicit ut naſcatur Telamoni fortiſſimus filius: non tamen minus fortaſſe recte Sophocles & alii à crebra voce αἰαῖ, vel ἀπὸ τοῦ αἰάζεσθαι, quod Theocrito etiam frequens eſt, derivant.

Adverbio αἰ conſine eſt αἰβοῖ, id eſt heu, etiam dolentis & indignantis, interdum & admirantis & geſtientis præ gaudio. Quod quidem ſi ευι proferatur quis non videt quàm nullum planè affectum mentis deſignet?

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum αι ſic ſonare, quem admodum Raiam piſcem, Graium, Aio, Aiacem, Maiam, Naiades, & cætera ejus generis, confuſo ſono α & ι: nullo autem modo ut ε?

A T.

